cijs ꝯuiciat' et ꝓditor iperij appellat'. Oſ̄
ſa ē ei lr̄a. Rn̄dit. Vere dn̄e modū dictan
di et forma℥ ſcribēdi mea℥ eē ego cogſco:
ſ℥ teſt℥ ē mihi de⁹ qꝛ hec n̄ feci. Cūctis ḡ
ꝯſtupētib in eū et reū eē mort℥ clamātib
Iudices (qꝛ amic⁹ ipator℥ fuerat) n̄ debe
re eū℥ mori: ſ℥ manū q̄ tātū nefas ꝑpetrat

uerat abſcidi ſententiauerūt. Quo facto: i
deteſtationē tāti ſcelerꝫ ſuſpēſa eſt manus
in monaſterio ipius ioānis. Qui mox ad
imaginē ſpēalis dn̄e ſue marie aduenīēs
diſcooperto vulnere ⁊ extēto brachio eā ꝑ
cabat. di. Heccine dn̄a mea nr̄oꝝ ſunt pre
mia meritoꝝ: digne me ꝑ meritis pctōꝝ
meoꝝ flagellari voluiſti: ſed vt qd̄ inſtru⸗
mentū officij tui ꝑmiſiſti penitꝰ abſcindi:
Hec q̄ppe manꝰ hymnoꝝ laudis tue cāti
ca ſepiꝰ ſcribebat: ⁊ corpus ⁊ ſanguinē filij
tui offerebat. Cūq3 talia ꝑoraret / ipſi in le
ctulo ſuo nec plene vigilāti nec plene dor
mienti btā ꝟgo cū magno lumie hilariq3
facie apparēs di. Quid agis puer fideliſſi
me: Heu (inq̄t ille) dn̄a vt qd̄ interrogas
vbi eras cū hec paterer: ecce ad meū imo
tuū deditꝰ i ecclia ꝑedet abſciſa clīcꝫ tui
manꝰ. Et illa: Cōfortare (inq̄t) fili in dn̄o:
His dictis: eo vidēte ecclia3 adīt: dela⸗
tāq3 ide manū ſuo brachio reſtituit. Tūc
ille grās agens: facto mane ꝯuocatis fra
trib9 manū oſ̄dit: moxq3 miſſam de btā
ꝟgine alta voce celebrauit. Imꝑator autē
audito miraclo pedeſter ad eū venit: Et
manū deoſculās / ab eo inq̄rit: ſi quē alicu
bi cogſceret q̄ ſuū dictādi genꝰ / ⁊ forma3
ſcribēdi haberet: qd̄ ille q̄dē ei retulit: eiq3
ꝟitas diligētiꝰ inq̄ſita inotuit. Hec Pru⸗
dentiꝰ. Itē narrat Ceſariꝰ. Cū duo bone
ſti clericiꝰ ꝑ terrā albienſiū hereticoꝝ trāſ
itū facerēt: cū eccliam vidiſſent in via de⸗
ſolatā: ait vnus alteri: Sabbatū eſt: In⸗
tremꝰ hanc eccliam vt dicamꝰ miſſam in
honore btē ꝟginis: Portabāt em̄ ſecū li⸗
brū ⁊ calicē ⁊ indumēta ſacramētalia. S3
anteq3 eſſet miſſa ꝯpleta / hereticis ꝑditi
ſunt / q̄ armata manu intrātes ⁊ ſacerdotē
de ecclia trahētes linguā eiꝰ radicitꝰ abſ⸗
ciderunt: Quē ſociꝰ cū miro labore muti⸗
latū deducēs / monachis eū ꝯmendauit.
In nocte ꝟo epiphanie cū ſolēnes decātā
rentur vigilie: ꝑ deuotiōe eiꝰ in oratoriū
an̄ altare qd̄dam portauerūt. Qui cū ma
trē mie deuote inuocaſſet: illa ei apparens
et carnē lingue forma3 habentē in manu
tenēs dicit orāti: Quia ꝓpter fidē filij mei
et honorē meū lingua ꝑuatus es: ego no⸗
uā tibi reſtituo: aꝑi os tuū. qd̄ cū feciſſet:
digitis ori eiꝰ immiſſis: radici p̄ciſe carnē
eandē ꝯiunxit: ſicq3 diſparuit. Qui cū Za⸗

charia mox in laudē erūpens dicit: Aue
maria: vſq3 in finē: quā ſalutatione cū cre
brius repeteret ſtupentes accurrerūt mi⸗
niſtri: accurrerūt de choro monachi: de
tāgrandi miraclo deū eiuſq3 genitricē glo
rificantes. Nō igit̄ imemor nec ingratus
tanti bn̄ficij clericꝰ in eodē cenobio factꝰ
eſt monachꝰ. Hec Ceſariꝰ. Itē legit̄ q̄
Leo papa in die reſurrectiōis dn̄i cū miſ⸗
ſam celebraret ⁊ fideles cōicaret: q̄dā mu
lier eius manū deoſculata eſt: ex q̄ in eo
vehemēs carnis tentatio inſurrexit: pa
aūt dei eandē manū ſe ſcādalizantē pon
tus amputauit ⁊ a ſe reiecit. Interea mur
mur oriebat̄ in ꝑplo: cur ſummus pōtif
more ſolito diuia nō celebraret. Tūc Leo
ad btām virginē ſe ꝯuertit: ⁊ eius prudē
tie totalit̄ ſe ꝯmiſit. Illa ꝟo ꝯtinuo ſibi a
fuit ⁊ ſuā manū ſcīſſimis ſuis manib9 re
ſtituit ⁊ reformauit iubēs vt ꝑcederet a
ſacrificiū ſuo filio imolaret. Leo igit̄ om̄i
ꝑplo qd̄ ſibi ꝯtigerat / publicauit: ⁊ manū
reſtitutā oībus oſ̄dit. Pa3 itaq3 q̄lr vir
go beatiſſima ptātē hab3 impetrādi grāꝫ
reparatiuā corꝑalis indigētie. Secūd
ptās impetrandi grām reformatiuā ſe
ꝯſcientie: q̄ declarari pōt auctoritate ſi
gura: ⁊ exemplo. Primo auctoritate q̄
ſibi dictū eſt ab angelo Luce. j. Inueniſ
grām apud dn̄m. gratiā inq3 nō ꝑ te
ſed ꝑ toto mūdo. Anſ. Maria tu petō
toti mūdo deſpectū / materno affectu
plecteris: nec deſeris eū q̄uſq3 deꝰ ꝑ te
catus ipm̄ ſue grē reformabit. Secūd
gura Num. xx. dr: q̄ cū moyſes virga p
ſit bis ſilicem egreſſe ſunt aque largiſſ
Petra ſcḋm aplm̄. j. Cor. x. erat chrs. E
cut cantat ecclia: Uirgo dei genitrix
ga eſt. Moyſes aūt q̄rens aquā: ſigni
cat quemliber deſiderantē aquā ſpirit
lem gratie: qui debet ad virgā hanc
ire vt ſuis meritis ⁊ p̄cibus pulſet ſe
cutiat petrā chriſtū a quo ꝑcedunt a
largiſſime gratiaꝝ. Uel aliter: Ex ꝯſid
ratione deuota huiꝰ virge ꝑcutiatur h
cor durum ⁊ ſaxeū: ꝯſiderando. ſ. eius
ritatē et dignitatē inextimabilē vt ſi
duci poſſit ad ꝯfuſionem ⁊ dolorem p
catis: modo iam ſuperius dicto in hoc
pitulo articulo p̄mo: ⁊ ſic poterūt e
aque ꝯpunctionis largiſſime. Ad h

p̄tinet figura Heſter q̄ p̄ ceteris grām inuenit corā rege ꝛ miſcdiam ipetrauit pp̄lo iſrael iā morti adiudicato Uide in li. heſter a. ij. ca. viſqꝫ ad. vij. ¶ Tertio exēplo. Apō ſiciliā anno dn̄i qngēteſimo decimoſeptio fuit vir qdā noīe theophil⁹ cuiuſdā dn̄i vicedn̄s (vt ait fulbert⁹ carnotenſ ep̄s) q̄ tā prudentʳ ſub ep̄o res eccl'iaſticas diſpenſabat: ꝙ mortuo ep̄o eū dignū ep̄atu oīs popul⁹ acclamabat. At ille vicedn̄atu ꝯtēt⁹ aliū in ep̄m maluit ordinari. Tandem ab ipo officio iuite ab ep̄o depoſit⁹ in tantā ipatiētiā eſt delapſus vt ad ſuā recupandā dignitatē cuiuſdā iudei malefici ꝯſiliū expeteret. Ille igiᵗ diabolū aduocauit: ꝛ aduocat⁹ ꝯcit⁹ venit Theophil⁹ ḡ iuſſu demonis chr̄m ꝛ mr̄ez ei⁹ abnegauit chr̄iane pfeſſioni abrenūciauit: ꝛ ipius abrenūciatiōis ꝛ abnegatiōis chirographū ſuo ſanguie pprio ſcpſit: ꝛ ſcriptū anulo ſigillauit ꝛ ſigillatū demoni tradidit: ꝛ ſic ei⁹ ſuitio ſe addixit. In craſtinū igiᵗ pcuratiōe demonis theophil⁹ in grām ep̄i recipiᵗ ꝛ i ſui officij dignitatē reſtituiᵗ. Tandē ad ſe reuerſus d̄ eo q̄ fecerat valde ingemuit. et ad v̄ginē glioſā tota mentꝫ deuotiōe cōfugit. Ubiqꝫ. xl. dieꝝ atqꝫ noctiū ſpacio ieiunijs ꝛ orōib⁹ inſtantiſſime atqꝫ humillime ꝑſeuerāſſꝫ/totūqꝫ corp⁹ macie attenuatū eſſet: btiſſima v̄go in viſiōe illi apparēs d̄ impietate ipm̄ redarguit: ꝛ diabolo abrenūciare p̄cepit et ipm̄ in filij ſui grām reparauit. Et ad indiciū indulte venie iterū ſibi apparens chirographū qd̄ diabolo dederat ſibi reddidit ꝛ ſup pectus ei⁹ poſuit Quo recepto: theophilus vehementʳ exultans coram ep̄o omniqꝫ pp̄lo quod ſibi acciderat retulit. Et cunctis admirantib⁹ et v̄ginem glioſam laudantib⁹: ipſe poſt triduū ſplendid⁹ facie mirabilitʳ effect⁹ in pace q̄euit ¶ Tertia ē ptās impetrādi grām adeptiuā et̄ne gl'e. Et pōt hec ptās declarari: autoritate: figura: ꝛ exemplo. ¶ Prio autoritate. Nā eccl'a vocat eā portā celi di. Aue maris ſtella. ꝛc̄. felix celi porta. Itez Tu regis alti ianua et porta lucꝫ fulgida. ¶ Scd̄o figura. Heſter. v. dr̄ ꝙ aſuerus ptendit virgā regiaz heſter in ſignū clemētie: ꝛ ſic heſter ingreſſa eſt in palatiū regꝫ. Aſuerus iterp̄taᵗ beatitudo. id̄ dat intelligere deū qui eſt ipſa beatitudo obiectiua.

Heſter interp̄tataᵗ preparata in tp̄e. ideo h̄ nobis ſignificat fidelem aīam: que in tp̄e preſētis vite ſe preparat ad beatitudinem ꝯſequendā. Rex itaqꝫ ſupne ciuitatis hieruſalem: videlꝫ ipſe deus p̄tendit aīe fideli p̄parare in tp̄e virgam regiam. i. virginem matrem reginam miſcdie in ſignuꝫ diuine clementie: per quā virginem introduciᵗ fidelis aīa in palatiū ſūmi regis. Ps̄. Uirga directionis virga regni tui. Itē ad hoc valet figura. Poſita de ſcala iacob: cuius ſūmitas ꝛc̄. Beata eniꝫ virgo eſt ſcala per quam aīe fideles aſcendūt in celū. ¶ Tertio exemplo. Legiᵗ de beato bernardo ꝙ ipſe tribus vicibus vidit beataꝫ virginem deſcendere in purgatoriū cū luce magna: Et cū veniſſet ad oſtium purgatorij: oēs aīe fideliū que ibi erant clamabant. O regina celi et mater dei libera nos. Et cum egrederetur: ſemp educebat inde magnaꝫ aīarum multitudinem. Patet itaqꝫ q̄ꝫ potens eſt hec virgo beatiſſima. Nec miruꝫ ſi tanta data eſt ei poteſtas: quia mater eſt oīpotentis. Bern̄. Data eſt tibi oīs poteſtas virgo beata in celo et in terra vt omnia quecunqꝫ volueris valeas impetrare. Hec ille. Penſemus igiᵗ q̄ꝫ vtile nobis ſit: imo q̄ꝫ neceſſariū ex tota animi deuotione ad hanc dn̄am potentiſſimā tranſire et refugere. Peccatores enim ſumus ꝛ multis culparū malicijs obnoxij: hanc ergo virginem adeamus: quia poteſtatem habet deſtruendi culpe maliciam. O q̄ꝫ miſeri ſum⁹ ſi non deſtruatur et aboleatur culpe malicia i nobis. Prouerb. xiiij. Miſeros populos facit peccatū. Magna igitur nobis incumbit neceſſitas vt ad hanc virginē trāſeamus. Iteꝫ hoſtes inuiſibiles nobis infeſtos habemus: qui multiplicibus cautelis nobis inſidiantᵗ. Eph. vj. Nobis ē colluctatio aduerſus p̄ncipes ꝛ ptātes: aduerſus mūdi rectores tenebraꝝ haꝝ/ ꝯ ſpūalia neq̄tie. Fortes q̄ppe ſunt hmōi hoſtes Iob. xlj. Non ē ſup terrā ptās q̄ comparetur ei. ſ. diabolo. Debiles nos ſum⁹. Neceſſarie igiᵗ habem⁹ ad hanc potentiſſimā dn̄aꝫ trāſire ꝛ cōfugere qꝛ ipa hꝫ ptātē refellendi demonū aſtutiā. Inſup grā multipliciter idigem⁹. Hanc ḡ mr̄eꝫ grē adeamus deuotiſſime qꝛ ptātem habet impetrandi nob̄ multiplicē grām. Hanc igiᵗ to



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis affectib⁹ venereniur totaq̧ deuotione laudem⁹ oēs parit̄ q̄ꝛ omib⁹ parata ē ſubſi diū impendere ꝛ grām impetrare. Jō bñ dicit Bern̄. Jlle ſol⁹ ſileat laudes tuas ꝟ/ go btā q̄ te in ſuis neceſſitatib⁹ fidelit̄ inuo catam ſibi ſenſerit defuiſſe. Et Chryſ. O dulcis maria nō eſt fas te poſſe illū deſere re q̄ ſpem ſuā fiducialit̄ in te poſuerit Hec ille. Suā eteni dulcedinē ꝛ beniuolentiaꝫ iextimabilē nob oñdit. cū nos hoꝛtat̄: nos vocat: nos dulcit̄ iuitat di. Trāſite ad me oēs ꝛc̄. ꝛ ſequit̄: ꝛ a generationib⁹ meis i/ plemini. i. regenerationib⁹ ſpūalib⁹ p̱ grāꝫ factꝫ ꝛ fiendis meis meritis ꝛ interceſſiōi/ bus gl̄ioſis apō deū. Qui edūt me adhuc eſurietꝛc̄. i. q̄ guſtant meā dulcedinē q̄ ē ci bus ꝛ pot⁹. i. tota ſpūalis aie refectio ad/ huc deſiderabunt p̄ampli⁹ guſtare ꝛ pſe/ ctius. Hec ē ꝯditio ſpūalium q̄ q̄nto am plius guſtant̄ tanto magꝫ deſiderant̄. ſeq̄t̄ Qui audit me. i. iuitationem meā dulciſſi mā: non ꝯfundet̄ finalr̄ ꝯfuſiōe damnatio nis eterne: ꝛ q̄ opant̄ in me nō peccabūt. i. q̄ regulabūt opa ſua exēplari vite mee q̄ ſē p̱ fuit puriſſima ꝛ rectiſſima Et q̄ elucidāt me/ magnificādo coꝛde puro ꝛ deuoto gra tias a deo mihi datas. vitā eternā habe/ būt. Nā in euāgelio dicit ſaluatoꝛ. Siq̄s mihi miſtrauerit honoꝛifica. eū pr̄ me⁹ ꝛc̄. Et iteꝝ. Ubi ego ſū ibi ꝛ miniſter me⁹ erit Jo. xij. Qui aūt miniſtrat ꝟgini gl̄ioſe mi niſtrat ꝛ ei⁹ filio. q̄ eñ mr̄eꝫ honoꝛificat p̱ pter filiū: magꝫ honoꝛificat filiū. Juxta il/ lā maximā logicalē. Propter qḋ eſt vnū/ qḋq̧ tale ꝛ illḋ magis. Jō q̄ honoꝛificat mr̄eꝫ dñi ꝛ ei miſtrat honoꝛificabit̄ a deo p̄re ꝛ cū ipo filio erit in gl̄ia celeſti. Hanc igit̄ mr̄eꝫ elucidem⁹ eā laudādo grāſ eius magnificādo. vt ei⁹ meritꝫ ꝛ p̄cib⁹ ꝯſūma/ to hui⁹ inſtabilis eui fluxu ad vitā eternā cū ea ꝛ ſctis angelis p̱ringam⁹ Amen

Aliud thema p̱ ſmone p̄cedēti.

Ego eñ mr̄ pulcre dilectionis ꝛ ti moris ꝛ magnitudis Ecci. xxiiij. Jn p̱ſona gl̄ioſiſſime dei mr̄is introducū/ tur hec verba. Jn quib⁹ ipſa benigniſſime atq̧ dulciſſime nos hoꝛtat̄ ad eius dile/ ctionē reuerentiā ꝛ deuotionē: oſtendens tres ſuas ſingulares excellentias. Pria eſt excellentia inuiolabilis puritatꝫ: p̱pter quā a nobis ē maxie diligibilis. Jō dicit. Ego mr̄ pulcre dilectiōis: mater inquā p̱ excellentiā q̄ꝛ pre ceteris omnib⁹ poſt de/ um diligibilis. ꝛ dicitur hec dilectio pul/ cra ratione ſue puritatis. Secunda eſt excellentia inextimabilis dignitatis/ p̱pter quā a nobis eſt reuerentiſſime honoꝛabil̄ Jō dicit. Ego mater timoꝛis. ſcꝫ reuerenti/ tialis. Nam ad eā p̱pter ſuam admirabilē dignitatē p̄cipue habere debem⁹ reuerē tiā Tertia eſt excellētia inuincibilis po teſtatis. p̱pter quā a nobis eſt cū oi deuo/ tiōe laudabilis q̄ꝛ ſcꝫ illa ſua mirabilis po teſtas nobis eſt maxime neceſſaria ꝛ vti/ lis. Jō dicit. Ego mater magnitudinis. i. magne virtutis ꝛ ptātis. Et ſicut iam di/ ctū eſt noie mr̄nitatis itelligit̄ ſpālis q̄dā excellētia reſpectu dilectiōis ꝛ alioꝛū quo rū ſe dicit matrē. Poteris vlterius p̱ſeq̄ qui iuxta ea que i p̄cedēti ſmone dicta ſūt

Alius ſermo de natiuitate

ORietur ſtella ex iacob. Numeri. xxiiij. Aduētus alicuius perſone notabilis ꝛ p̄ci pue auctoꝛitatis puta regis aūt regine in ciuitatē aliquā ſolet p̄nunciari ꝛ p̄coniza ri. Jdeo aduētus ſiue natiuitas gl̄ioſe ma tris dei regine totius mundi multis fuit p̱phetarū atq̧ patriarchaꝝ vaticinijs ꝛ fi guris p̄nunciata ꝛ p̄conizata. Jnter quas p̄conizationes vna eſt in qua prenunciata eſt natiuitas huius virginis ſub noie ſtel le in verbis p̄dictis. Ber. Jpſa eſt nobilis ſtella oꝛta ex iacob cui⁹ radius illuminat vniuerſuꝫ mundū. Dicit̄ aūt ſtella p̱ ſimi litudinē ꝛ trāſſumptionē vt. ſ. p̱ ſimilitu dinē ſtelle intelligam⁹ excellētiā virginis ꝛ p̄eminētias. Comparat̄ itaq̧ virgo cla riſſima ſtelle celi ꝛ vocatur ſtella p̱pt̄ tres precipuas rationes.

Primo ratiōe naturalis cōditionis.
Secūdo rōne ſtellaris ſignatiōis.
Tertio rōne ſpēalis opatiōis.

PRima igit̄ ſimilitudo marie ad ſtel lam ſumitur ex ratiōe naturalis con ditionis ſtelle. Et hec naturalis con ditio eſt triplex. videlicet.

Conditio puritatis.
Conditio incoꝛruptibilitatis
Conditio luminoſitatis.

Prima igiť eſt naturalis ꝯditio puritatꝫ
Eſt enim ſtelle natura puriſſima ſine infe-
ctione: ſine macula. Jō ſignat puritatē ꝟgi-
nis q̄ exempta fuit ab oī ſorde ⁊ ab oī pcti
infectione. De hac puritate vide aliq̄ i ſer.
ſupraposito ⁊ infra in ſmone de ꝯceptione
Scḋa ē naturalis ꝯditio incorruptibilita
tis. Eſt em̄ natura ſtelle incorruptibiľ Jō
ſignat inuiolabilitatē marie q̄ nunꝙ̄ potuit
violari aliq̄ vicio ſeu corrumpi neqꝫ pctō
mortali neqꝫ veniali. Vide s. ſer. ḋ aſſūp.
ca. j. ar. j. ¶ Tertia eſt naturalis ꝯdicio lu
minoſitatis. Eſt em̄ ſtella naturaliť lūino
ſa: nō qḋem ex ſe lumen hn̄s: ſed naturaliť
eſt lumis receptiua a ſole: Jdeo ſignat ſpi
ritualem marie claritatē quā habuit etiā
a ſua natiuitate nedū ex vtero ſꝫ etiā ivte-
ro. Et hec claritas poſſet aſſignari triplex
Prima eſt claritas originalis nobilitatis
de q̄ cantat ecclia. Clara ex ſtirpe dauid.
de q̄ vide in ſuperiori ſer. c. ij. ar. j. Scḋa ē
claritas virtualis ſublimitatis. Fuit enim
omnib' ꝟtutibus ꝑornata atqꝫ clariſſima.
Nam ꝟtutes ⁊ gr̄e claritates aīe ſeu lumi
na dicunť. Jō dicebat ſaluator Math. v.
Luceat lux vr̄a corā hoib' ⁊c̄. Virtuteſ q̄p
pe ⁊ gr̄e ſūt lux aīe q̄ lucet hoib' qn̄ hmōi
virtutes ⁊ gr̄e ꝓdeunt extra in opa virtuo
ſa. Tertia eſt claritas ſapientialꝭ luminoſi-
tatis. Sapia q̄ppe hn̄ ḋr claritas aīe q: i-
tellectū illuminat. De ſapientiali aūt clari
tate virginis Vide in ſupiori ſer. ca. ij. ar.
iij. Recte itaqꝫ ḋr virgo btā ⁊ vocať ſtella
ꝓpter ꝯformitatē ad naturalē ſtelle ꝯditio
nē. imo multo excellentiꝰ ſunt ꝑdicte ꝯdi-
tiones ſpūaliter in btā ꝟgine q̄ꝫ naturaľr i
ſtella. Eſt enim virgo btā puriſſima: icor-
ruptibiliſſima: atqꝫ ſplendidiſſima. Patꝫ
igiť prima rō.

S Ecunda ſilitudo marie ad ſtellā ſumi
tur ex rōne ſtellarꝫ ſignationis. De ſtel
lis ḋr Gen̄. j. vt ſint in ſigna ⁊c̄. Proinde
albumaſar ait. Laus deo q̄ creauit ſtellas
⁊ poſuit ornamentū ⁊ lucernas in ſigtiōes
vt ꝓberent ductū rōnalib'. Recte igiť con
uenit marie nomē ſtelle: q: ipa fuit i ſignū
Signū q̄ppe eſt qḋ ſe offert ſenſui aliquid
aliud derelinqns itellectui. Maria aūt i-
carnatū deū ſenſui pn̄tauit q: in terris vi-
ſus eſt et cū hoib' conuerſatꝰ ē. vt ḋr Ba-
ruch. iij. Sꝫ aliqḋ intellectui derelinqt q:
per hoc q; dei filiū in carne viſibilem exhi
buit: diuinitatē p fidem intellectui patefe
cit. ꝓpterea hn̄ ḋr ſignū. Vn̄ et Eſa. vij. di
xit dn̄s ad achaz Pete tibi ſignū a dn̄o tuo
⁊c̄. Et ſeqť. dabit dn̄s ipe vobis ſignum.
Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet ⁊c̄ Fuit aūt be
ata virgo ſignū triplr. ¶ Primo ſignū ma
nifeſtatiuū diuine potentie q: ſcꝫ in ea cō-
pletū eſt excellentiſſimū opꝰ diuine potētie
ſcꝫ incarnatio verbi. Nam vt ḋt Dam̄. in
principio tertij. Nihil eſt maius q̄ꝫ deū fie
ri hominē. ¶ Scḋo eſt ſignū declaratiuū
diuine ſapientie. Nam incarnatio verbi fa
cta in ea ē excellentiſſimū opꝰ diuine ſapie
Dam̄. vbi s. Per incarnationis myſteriū
mōſtrať dei ſapia qm̄ ſic inuenit difficilli-
mi decentiſſimā ſolutionē. ¶ Tertio eſt ſi
gnū demōſtratiuū diuie clemētie. Jn ope
ei diuie icarnatiōis qḋ factū in ꝟgineo vē
tre marie excellentiſſime demonſtrať diui
na bonitas ⁊ clemētia. Dam̄. Per icarna
tōis myſteriū monſtrať dei bonitas qm̄ n̄
deſpexit ꝓprij plaſmatis infirmitatē. Jd-
circo de virgine glīoſa recte pt exponi illḋ
Apoc. xij. Signū magnū apparuit in celo
mulier. ⁊c̄. in celo videlꝫ militātis eccleſie.
Nunꝙ̄ em̄ ante virginis natiuitatē appa-
ruerat tale vel tantū ſignū. mulier inquam
amicta ſole. i. ornata oim̄ ꝟtutuꝫ claritate.
oim̄ gratiarꝫ luminoſitate: ⁊ ipſius diuini
ſolis luminoſiſſima preſentialitate. Patet
igitur ſcḋa ratio principalis.

T Ertia ſilitudo virginis ſacratiſſime
ad ſtellā celi: ſumiť ex rōne ſpēalꝭ ope-
rationis quas opatur ſtella in his inferio-
ribus. Eſt aūt hmōi opatio triplex

¶ Illuminatio
¶ Viuificatio
¶ Moderatio

Prima opatio ſtelle eſt illūiatio. Stellat
em̄ et illūinat noctem. Pſ. Lunā ⁊ ſtellas
in ptātem noctis. Sic aūt et btā virgo no
ctem huiꝰ ſeculi illūinat. Añ em̄ aduentū
huiꝰ virginis peccati nebula totū mundū
occupauerat. Erāt em̄ oēs gentes q̄ſi nebu
le turbinib' agitate. vt dicit. ij. Pet. ij. Pro
ceſſit aūt virgo q̄ſi fulgida ſtella: effugans
tenebras: vt de illa dici poſſit illud Eccī. l.
Quaſi ſtella matutina in medio nebule.
Stella ſiquidē matutina per radios ſuos
nocturni frigoris obſcuritatē ſerenat ⁊ te-

nebras purificatˀ. Añ ſiq̄dē aduētū marie tenebre erāt in terra. Eſa. lx. Ecce tenebre operiēt terrā ⁊ caligo ꝑplos. In cuiꝰ etiā mysteriū (Exo. x.) facte ſunt tenebre horribiles in vniuerſa terra egypti. Tandē aūt orta eſt ſtella ex iacob. ſ. maria q̄ has tenebras purificauit ⁊ ſerenauit. Ber. Tolle hoc corpꝰ ſolare qḋ illūinat mūdū / vbi dies: Tolle mariā marꝫ ſtellā: vtiq̄ qḋ niſi caligo īuoluēs ⁊ vmbra mortꝫ atq̄ denſiſſime tenebre relinquuntˀ. ¶ Scḋa opatio ſtelle eſt viuificatio. ſicut etiā phs atteſtatˀ. ꝑpterea em̄ orbis p̄mꝰ plures hꝫ ſtellas qꝛ ipe eſt p̄cipue cā vite in his īferioribus Idō ⁊ maria bn̄ vocatˀ ſtella. Siq̄dē regnuit mors ab adā ſm̄ aplm̄ Ro. v. Veniēte āt hac ſtella oīa mortua ſunt vite reſtituta. Quippe ipa eſt lignū vite ꝓferēs bn̄dictū fructū Geñ. ij. de q̄ guſtās / mortē nō guſtabit in eternū. Idcirco bn̄ dr̄ a btō bern̄. genitrix vite ¶ Tertia opatio eſt moderatio ſeu modificatio. Stella em̄ modificat orbē terrenū: tēꝑat gelu frigidū noctꝫ: terrenaſcētia fouet ⁊ modificat. Idō ⁊ maria bn̄ dr̄ ſtella. Malicia q̄ppe huiꝰ mūdi frigida dr̄. Hiere. vj. Sic frigidā facit ciſterna aquā ſuā: ſic. ſ. mūdꝰ frigidā facˀ maliciā ſuā. Tp̄e ēḡ quo ꝓceſſit btā ꝟgo malicia hūani generꝫ q̄ſi cōpleta erat. iuxta illō Eſa. xl. Cōpleta ē malicia eiꝰ. Propterea magnū frigꝰ erat ī mūdo. qḋ ⁊ Zacharias ꝓnūciauerat Zach. xiiij. In die illa n̄ erit lux ſed frigꝰ ⁊ gelu. Proceſſit aūt maria q̄ſi ſtella calefaciēs ⁊ ꝑfulgēs ⁊ oīa fouens. Proinde Bern̄. ſuꝑ Miſſus ē. dr̄. Ipa eſt nobilˀ ſtella: terras ꝑluſtrans: calefaciens magꝫ mētes q̄̄ corpa: fouet ꝟtutes: excoq̄t vicia. Hec ille. Patet igitˀ tertia rō q̄re maria ꝟgo vocatˀ ſtella.

Ed p̄ter ea q̄ dicta ſūt nos oportꝫ vlteriꝰ ꝯtēplari q̄re ſpālitˀ Maria dr̄ marꝫ ſtella q̄ ē ſtella poli. Cantat em̄ ecclīa btē ꝟgini ſalutatiōē dicēs. Aue marꝫ ſtella. Et huiꝰ opatiōis eſt p̄cipua triplex ratio

¶ Prima eſt rō vnitiue adiunctionis.
¶ Secūda eſt tempatiue calefactiōis
¶ Tertia eſt directiue conductionis.

¶ Prima igitˀ rō q̄re ꝟgo maria cōpatˀ ſtelle marꝫ ē rō vnitiue ꝯiūctiōis. Illa em̄ ſtella eſt polo ſiue cardini vnita ⁊ ꝯiūcta. Vbi ē aduertēdū q̄ duplex ē polus ī iſto mūdo. Unꝰ eſt nob̄ inuiſibilˀ. ſ. meridionalis. reliquus ꝟo viſibilis. ſ. aq̄lonarꝫ. et vterq̄ immobilis eſt. ſuꝑ q̄ꝝ īmutabilitatē initˀ totus mūdus in ſua circulatione. Merito ḡ ꝑ vtrūq̄ polū intelligitˀ ipe dei filiꝰ ⁊ ꝟbū pr̄is q̄ eſt p̄ncipiū oīm q̄ ad vnum. ⁊ finis oīm q̄ ad reliquū: q̄ in meridie. i. in ſuē maieſtatꝫ claritate nob̄ oīno inuiſibilˀ eſt. ſꝫ in aq̄lone nr̄e hūanitatꝫ nob̄ viſibilˀ factꝰ eſt. Propterea Apoca. vl. ipe ait. Ego ſū alpha et o. p̄ncipiū ⁊ finis. Ipſe q̄ppe imobilˀ eſt ſuꝑ cuiꝰ imobilitatē innitūtˀ oīa in ſuo motu. Boeciꝰ. Stabiliſq̄ manēs das cūcta moueri. Huic ſiq̄dē polo hec ſtella. ſ. maria fuit ꝯiūctiſſima in icarnatiōe. ſ. per carnis idētitatē. qꝛ eadē caro q̄ fuit ꝟgis matris / facta eſt caro filij. Itē in ꝯuerſatione ꝑ admiſtrationē ⁊ etiā ꝟtutum ⁊ grāꝝ ꝑfectionē. et tādē in aſſūptiōe ꝑ glorificatōē. ¶ Scḋa eſt rō tēꝑatiue calefactiōis. Illa em̄ ſtella maris eſt marie marini frigoris tēꝑatiua. Reſpectꝰ em̄ eiꝰ ſꝑ ē ſuꝑ mare ꝑ radioꝝ directionē: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝑ caloris imiſſionē. Sic ⁊ reſpectꝰ marie eſt ſuꝑ mundū ꝑ etˀni ſplēdoris. i. filij ſui illuſtratōem. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝑ caloris ſp̄ūſcti cōicatione. Idō ſic allegatū eſt dr̄ ber̄. Ipa eſt nobilˀ ſtella terras ꝑluſtrās: calefaciēs mētes magꝫ q̄̄ corpora. Hec ille. Profecto deuota ꝯtēplatio plenitudis grāꝝ ⁊ ꝟtutū in ꝟgie virtutem hꝫ tēꝑatiuā cuiuſlibet inordinate cōcupiſcentie et p̄cipue affectuoſa ꝯſideratio charitatis ſue ꝟtutē hꝫ excitatiuā ⁊ inflāmatiuā affectiōis deuote ⁊ expulſiuā cuiuſlibet negligētie. ¶ Tertia eſt rō directiue cōductōis Eſt em̄ ſtella marꝫ nauigantiū in ꝑiculˀ directiua. Per ipam nēpe ſciūt naute q̄ velificāt aut ad aq̄lonē aut ad meridiē: q̄m in aq̄lone ſituata / ⁊ ſꝑ in eodē aſpectu ad meridiū mūdi manet. Sic ⁊ ꝑ mariā oīa ꝑicla et diſcrimia euitātur / ⁊ itinera certificantˀ. et in mari huiꝰ ſeculi nauigātes / in ſalutis portū dirigūtˀ ⁊ ꝯducunt. Aug. in q̄dam ſer. Spem ſiq̄dē magnā aperuit nob̄ tui nois aptio ⁊ ad ſublimitatꝫ tue ſoliū ꝓceſ inducit pctōꝝ. Nomie em̄ dulciſſimo maria. i. ſtella maris diceris. Nobis nāq̄ nauigantib ꝑ hoc mare magnū ⁊ ſpacioſum inter varios mutabilis mortalitatis fluctꝰ ſpecioſa miſcōdia tua ſpecioſiꝰ ſidere

refulget vt nos ꝑ te recuperare felicitatis
ꝑducat in patriam. Hec ille. Ad hanc igit
dulciſſimā mariā maris ſtellā oclos eriga
mus. Hec em̄ deuotos ſuos nō deſerit: ſꝫ
ꝑ rectam viā dirigit: ⁊ tādē in portum ſalu
tis ꝯducit: qḋ etiam deuote plenius con-
templari poſſum⁹ ex tali exemplo. ¶ Nar
rat Vincentius in Speculo hiſtoriali li.
viij.ca.xcvj. ꝙ quidā parochie ꝑerat pſby-
ter potens et glorioſus: ſꝫ nō min⁹ vicijs
ꝗ diuitijs plenus. Hic ſub cura ſua babe
bat diuitē nobilē ⁊ pauperculā viduā. q̄ vno
tp̄e decūbentes reſponſū mortis acceperūt
in ſeipſis. Vocatus ē presbyter ad morien-
tem diuitē: qui de rapinanda lana ſolūmo-
do ſolicitus: nō de oue curāda: vt nūcios
diuitis vidit ſtatiꝫ ire feſtinauit. Jacebat
diues purpura ⁊ ſerico circūdat⁹ ſuꝑ plu
maꝝ molliciē reſupinat⁹. Vbi etiā inuenit
ſacerdos circūſtantiū multitudinē seductō
ria adulatione diuiti ſolatia ꝓſoluentem.
Coniunx et filij atq̄ oīs familia dn̄m la-
mentabant. Interim ſuꝑuenit q̄dā ex ꝑte
vidue q̄ dicit eam in extremis agentē chri
ſtiane ſalutꝭ poſtulare ſacr̄m. Sꝫ presby-
ter dū ſe totum daret ad lactādū pctōrem
nihil r̄ndit. At diaconus ꝑpe exiſtēs ait ei
Grande nobis periculū ⁊ femine illi⁹ peri
culū ſi nr̄a negligentia ſine ſacramentꝭ eaꝫ
migrare ꝯtigerit. Cui felle cōmoto pſby-
ter ait. O paꝝ ſani capitis ꝯſiliū. ꝓ vili vi-
dua nobilem relinq̄re patronū. Ne turbe-
ris ait diacon⁹. Ego ſi iubes infirmā viſi-
tabo. Hoc fauente pſbytero diaconus ci-
to diſceſſit: ſumptaq̄ ſalutari hoſtia ad vi-
due tugurīū ꝑuenit. Que reb⁹ q̄dem va-
cua ſed bonis operib⁹ plena ſuꝑ humū du
ram ⁊ ꝑuo ſtramine conſtratā mēbra col-
lidebat nimis attenuata. Vidit aūt diaco-
nus ipſi vidue excubias aſſiſtere de celo.
Mater enim ieſu maria aſſiſtebat ei cum
choro virginali. quib⁹ viſis diaconus ſtu-
pens ſtetit emin⁹. Sed celi regina ei ad-
miranti multū affabilis: viſo dei ſuoq̄ fi-
lio toto corꝑe in terrā proſtrata adorauit
eucbariſtiā cum ſuis virginib⁹. Quib⁹ cre
ctis data fiducia vir dei intrauit. Maria
etiam ſedem parante ⁊ ne timeret exhortā
te. Sedit ḡ et vidua ꝯfeſſioneꝫ accepit: cō
munionē dedit: ⁊ pſalmis eius obitū ꝑmu
niuit. Deinde cum gaudio ad domū diui-
tis redijt. Aſtans q̄ꝫ in lumine vidit nigros
cattos circūuallantes lectū diuitis q̄s mi
ſer ille videns ⁊ nimis infeſtos ſentiēs ꝑ
gēbat clamans Tollite cattos tollite: mi
ſero ſubuenite. Vnus tandē ethiop voce
minax vultu terribili vncum quē manibus
geſtabat faucib⁹ imerſit pctōris. Infelix
ania nullū in tota conuerſatione ſua refri-
geriū ꝯſcientie reperiens pauer ⁊ trepidat
miſeruꝫ moꝝ paulatim occupat. Deinde
ethiops ille furens vncū violenter de pal
pitātib⁹ faucib⁹ extraxit. ⁊ horribilē dans
vocē diues ille infelicē ſpm̄ reddidit. Irru
entes ceteri malicie complices in peccatri
cem aīam flagris ⁊ vulnerib⁹ cā afficiētes
imergunt in locū tenebraꝝ ⁊ mortꝭ eterne
Cum hoc aſpiceret diaconus tremor tenu-
it eū: ⁊ cadens fact⁹ eſt in mentis exceſſu
Sed mox ei apparens mater regꝭ glīe ne
timeas inq̄t chariſſime: non tibi diabolica
malignitas nocebit: cui parata eſt btītudo
celeſtis. His blandicijs recreat⁹ poſtq̄ ad
ſe redijt ꝯſolatrici ſue grās rependit et ex
his reuelatiōib⁹ nō paꝝ ꝓfecit. Hec Vin
cen. Pꝫ ex h̄ exemplo quō virgo ſctiſſima
ꝓmpta eſt ſuis adeſſe deuotis tā in morte
q̄ in vita ad dirigendū eos ꝯſolandū ⁊ cō
ducendū. Adeam⁹ ḡ confidenter ad hanc
matrē miſcdie: ad hac maris ſtellā vt inē
ꝓcelloſas huiuſce maris voragies ſuis ra
dioſis fulgorib⁹ illuſtremur dirigamur et
ꝯducamur in portū eterne ſalutꝭ: Amen.

¶ Sermo ꝺ ꝯceptione puriſſima ſacratiſ
ſime ꝟginis matris dei Marie.

## NEcduꝫ erant

abyſſi ⁊ ego iam ꝯcepta eram.
Prouer. viij. c. Lꝫ hec ꝟba ꝑn-
cipaliter habeant intelligi ꝺ ipo dei filio q̄
dr̄ ſapiētia dei p̄ris. Hec em̄ ſapia ab eter-
no in paterno intellectu ꝯcepta eſt. Jō ve-
riſſime dicit ꝟba apoſita Poſſunt tn̄ hmōi
verba etiam intelligi in perſona glioſe dei
matris q̄ ab eterno concepta eſt non q̄deꝫ
realiter ⁊ actualiter ſed ꝑordinatiue. Vn̄
⁊ ꝑlibatis ꝟbis proponit illud: ab eterno
ordinata ſum: q̄uis aūt deus ab eterno ſi
mul ⁊ in eodem inſtanti duratiōis: ac vni
co actu ꝑordinauerit oīa q̄ ab ipo erant fa



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ciēda: dr tñ aliq̄ prius alijs ordinaſſe p̄o
ritate dignitatꝫ ꝛ pfectionis. vicz ea q̄ di-
gniora ſunt ꝛ pfectiora. Om̄ igit̄ inter oēs
puras creaturas dignioꝛ: pfectioꝛ: ꝛ nobili-
oꝛ eſt btā dei genitrix virgo maria. Jō dr
p̄ordinata a deo: ꝛ p̄concepta p̄ordinatiue
in mēte diuia an̄ oēm creaturā. Lꝫ q̄ ad p-
ductionē actualē ꝛ realē ꝯceptionē i actua
li ſubſiſtētia multe fuerūt creature p̄us p-
ducte ꝛ multe mulieres prius ꝯcepte: ſed
hec vt dictū eſt p̄ ceteris oīb puris creatu
ris p̄us ordinata ꝛ p̄concepta eſt in mente
dei prioritate dignitatꝫ. Jō bn̄ p̄ōt dicere.
Necdū erant abyſſi ꝛ ego iā ꝯcepta eram.
Juxta qḋ etiā i pſona eiꝰ recitat̄ illḋ Eccl.
xxiiij. Ab initio ꝛ an̄ ſecula creata ſū. Om̄
itaqꝫ virginis huiꝰ ꝯceptio ſic an̄ oēs cre-
aturas a diuia dei pvidentia ꝯpuiſa: ꝛ p̄or
dinata eſt: Juſtū eſt atqꝫ nob neceſſariuꝫ
ꝓpter quoꝝ ſalutē huiuſcemōi v̄ginis ſic a
deo p̄ordinata eſt ꝯceptio: vt totis aīoꝝ
p̄cordijs hāc ſacratiſſimā v̄ginis ꝯceptio
nē veneremur atqꝫ tota mentis deuotiōe
celebremꝰ. Lū aūt v̄ginis ꝯceptionē cele-
bramꝰ non habetur reſpectꝰ ad ꝯceptionē
ſeminis. que ſcilicet non eſt aliud q̄ȝ ſemi-
nis deciſio: ſed ad ꝯceptionē animationis
q̄. ſ. aīa a deo creata eſt ꝛ corpi infuſa. Cele
brat̄ tñ hmōi ꝯceptio illa die q̄ facta eſt ſe-
minis deciſio: q2 ſic dicit Jordanꝰ. Tunc
incepit materia eiꝰ diſponi ad ſuſceptionēꝫ
aīe q̄ poſtea ꝯuenienti tp̄e a deo creata et
gr̄a ꝛ v̄tutibus plena atqꝫ ſanctiſſima cor-
pori illi eſt vnita. Poſſumꝰ autē adducere
tres ſpēales rōnes ꝓpter q̄s fieri debꝫ de-
uotio nr̄a maioꝛ atqꝫ feruentioꝛ ad hoc fe-
ſtum ſolennit̄ celebrandū. ❡ Pria ē rō di-
uine ordinationis: q2 vicz ſic an̄ oēm purā
creaturā p̄ordinata fuit huiuſcemodi v̄gi
nis ꝯceptio. vt p̄dictū ē. Et p̄ordinata eti
am huiuſcemodi cōceptionis celebratio ꝛ
ſolēnis veneratio: qḋ vtiqꝫ ſic poſſumꝰ p-
ſuadere. q2 ſicut dr Act. v. Jllud qḋ eſt ab
hoīb ordinatū ſatis cito diſſoluit̄: ſed qḋ
eſt a deo nō p̄t diſſolui imo magꝫ augmen
tat̄/ ſic aūt eſt de celebratione ꝯceptiōis di
gniſſime mr̄is dei Videmꝰ em̄ q̄ poſteaq̄ȝ
incepit ab eccl̄a celebrari ſp̄ magis ac ma
gis creuit ꝓploꝝ ꝯuotio ad eiꝰ celebratio-
nē. Nec mirꝝ: q2 vt dicit Anſ. Non ē ami-
cus v̄ginis q̄ celebrare reſpuit feſtū ꝯcepti
onis. ❡ Scd̄a eſt rō v̄ginee patrocinatōis
Parata nāqꝫ eſt patrocinari ſingul̄ ſuā cō
ceptionē deuote celebrantib. Vn̄ legit̄ in
hiſtorijs de abbate helchino q̄ erat in ma
ri in periculo magno: Lui roganti v̄ginēꝫ
glioſam: ipa apparuit dicēs. Si mihi pmi
ſeris q̄ feſtū ꝯceptionis mee mundo cele-
brandū annunciabis: hoc p̄iculuꝫ euades.
qḋ ita pmiſit ꝛ p̄iculum euaſit ❡ Tertia ē
rō inchoate redēptionis. Tunc em̄ dici p̄t
ichoata nr̄a redēptio cū formata ē illa ma
teria ex q̄ ſumptū eſt p̄cioſum nr̄i redēpto
ris corpus. qḋ ſumptū ē ex ꝓpria v̄gis cor
porali ſubſtātia hodierna die ꝯcepta. Nā
ſic dicit Dam. li. iij. Filius dei conſtruxit
ſibyp̄i ex caſtis ꝛ puriſſimis ſanguinib v̄
ginis carnē animatā aīa rōnali. Vn̄ cum
ipe chr̄s hō preuiſus fuerit ꝛ p̄ordinatꝰ a
deo an̄ oēm creaturā: ſequit̄. q̄ etiā ipa v̄
go ex cuiꝰ ſubſtantia imediate ſumpta eſt
chr̄i hūanitas p̄ ceteris oīb creaturis
a deo p̄ordinata ē ꝛ in mente dei p̄cōcepta
Recte ḡ dicere p̄t qḋ aſſumptū ē p themā
te. Necdū erant abyſſi ꝛ ego iā cōce. eram.

P Reuiſa eſt igit̄ virgo btā ꝛ a dei p
uidentia p̄ordinata ꝛ an̄ oēm crea-
tura in diuina mēte p̄concepta p̄oritate q̄
dē dignitatꝫ ꝛ pfectionis atqꝫ nobilitatis
tāq̄ȝ. ſ. digniſſima: pfectiſſima: ꝛ nobiliſſi-
ma creaturaꝝ dei. Propt̄ qḋ ſane atqꝫ fir
miter credimꝰ eā ſemp fuiſſe puriſſimā at
qꝫ innocentiſſimā: nec in ſua ꝯceptiōe pcti
original̄ maculā ꝯtraxiſſe ſꝫ ab eo prorſus
imunē ꝛ exemptā extitiſſe. Pro cuiꝰ exem-
ptiōis elucidatiōe tria p̄ncipalr̄ in h̄ ſmo
ne determinabimꝰ. vicꝫ

❡ Pcti original̄ ꝯditatiuā rōnem
❡ Sacre v̄ginis p̄ſeruatiuā ſcrificationē.
❡ Difficultatꝫ notabilis ſatiſfactiuam ſo-
lutionem.

P Rimo igit̄ breuiter explicanda eſt
pcti original̄ ꝯditatiua rō vt exin-
de facilius videre poſſimꝰ quō po
tuerit ab eo p̄ſeruari ſanctiſſima v̄go. Vt
aūt euidentiꝰ ꝛ ordinatius in hoc articulo
procedamus tria ſunt a nobis per ordinē
declaranda.

❡ Primū original̄ iuſticie [illegible]s.
❡ Scd̄m original̄ pcti cauſalitas.
❡ Tertiū original̄ culpe ꝯditas.

**Primo videnda eſt originalis iuſticie veritas ſeu formalitas.** Pro q̄ notandū φ ſic videt̄ velle doctor ſubtil̄ Sco. in. ij. ſent. diſ. xxix. Iuſticia original̄ erat donū ſupnaturale faciens pfectā tranqllitatē in aīa q̄ntū ad oēs potētias ita φ natura inferior non inclinaret̄ ꝯ iudicium ſuperioris: aut ſi inclinaret̄ q̄ntū eſt ex ſe: poſſet tn̄ a ſuperiori ordinari ⁊ regulari ſine difficultate ſuperioris ⁊ ſine triſticia inferioris qḋ non hr̄et potentia facta in puris naturalib᷒. Hec ibi. Ex qb᷒ apparet φ p iuſticiam originalem erat in hoīe triplex ꝯuenientiſſima ⁊ vtilis rectitudo. ¶ Prima eſt rectitudo intellectual̄ rōnis q᷑. ſ. recte erat in deū ordinata ⁊ de omnib᷒ agendis recte dictabat. ¶ Scḋa ē rectitudo ſēſualis moderatōis q᷑ vicȝ ſenſualitas erat ſic moderatā ⁊ a rōne regulata φ in oīb᷒ erat ipi recte rōni ſubiecta. ¶ Tertia ē rectitudo corporalis diſpoſitionis q᷑ ſcȝ ſic erat corp᷒ diſpoſitū φ erat ipi aīe oīmode ſubiectū.

**Scḋo videnda eſt originalis pcti cauſalitas.** Pro q̄ notandū φ ſicut dicit Sco. in. ij. ſent. diſ. xxx. Ad pcm̄ originale concurrunt duo. ſ. carentia iuſticie originalis tanq̄ formale: ⁊ debitū habendi eā in materiale. Sic in alijs pũationib᷒ ꝯcurrit carētia ⁊ aptitudo ad habitū. Debitum aūt iſtud a deo ꝯſtatuente legē iſtaȝ. Do iuſticiā tibi ade ⁊ oīb᷒ filijs tuis naturalib᷒ do eam eadē datione quantū ē ex parte mea. Et ideo ex hac datione tenent̄ omnes eā hr̄e ⁊ ex patre ꝓpagante p cuius actionē iſte eſt filius naturalis ade. Et ſic intrat hoc debitū per duas cauſas poſitiuas. Illa aūt carentia non habet cauſā niſi negatiue ſcȝ non dantem iuſticiā originalem cui᷒ ſi q̄rat̄ vlterius cauſa: nō eſt niſi demeritoria. q᷑ ſcȝ adā demeruit ne iuſticia originalis daret̄ ſuis poſteris. Demeritoria ḡ cauſa quare non dat̄ eſt adā peccans: negatiua non dans eſt deus. Non eī ſi ſeruaſſet adam iuſticiā originalem trāſfunderet eā pater in filiū: cū ſit donū ſupnaturale: ſed deus ipe cooperaret̄ regulariter dando iuſticiā ꝓpagato. ſicut ⁊ modo aīam rationalem creat corpe pfecte organizato. Hec Sco. vbi. s. ꝯtim in ſolutionē tertij argumenti ⁊ partim in corpe q̄ſtiōis. Ex dictis pȝ φ pcti originalis triplex eſt cauſa. Prima eſt cauſa obligatoria. ſ. deus dans iuſticiā originalē ade p ſe ⁊ ſuis filijs. Scḋa ē cauſa demeritoria. ſ. adā peccans. Tertia eſt cā negatoria. ſ. deus non dans. vt dictū eſt.

**Tertio videnda eſt originalis culpe quiditas.** Pro q̄ notandū ſm Sco. vbi s. diſ. xxx. Peccatū originale ē carētia original̄ iuſticie debite: ⁊ nō q̄liſcūq̄ debite ſed debite q᷑ in primo parente accepte ⁊ in ipſo amiſſe. Quia igit̄ pſona iſta ē naturalis filius vel filia ade: ideo debitrix eſt originalis iuſticie date a deo ipſi ade p ſe et filijs ſuis: et caret ea iō habet peccatū originale. Hec Sco. Ad oſtendenduȝ aūt clarius q̄re in iſta pſona puta in paruulo eſt culpabilis hmōi carentia iuſticie: addit Durādus indignitatē habēdi. Ita φ ſm ipm oportet dicere φ peccatū originale eſt carentia originalis iuſticie debite in eſſe cum indignitate habendi. Hmōi aūt indignitas etiam intelligi poteſt ex dictis Scoti. precipue ex hoc φ dicit cauſam demeritoriaȝ peccati original̄ eſſe adam peccantem. Nam ꝓpter peccatuȝ ade facta eſt natura humana indigna habere iuſticiam originalem. Qȝ autē hmōi indignitas ſit de rōne peccati originalis patet: quia poſita carentia originalis iuſticie: ⁊ etiaȝ poſito debito habendi: non propter hoc poneretur culpa originalis niſi etiam eſſȝ indignitas habendi illaȝ proueniens ex demerito ade. Qḋ pbat̄ ſic. quia ſi adaȝ non peccaſſȝ: potuiſſȝ de᷒ nō dare originalē iuſticiam alicui filioꝝ eius. non eīn cogeret̄ dare. et tunc in illo fuiſſet carentia originalis iuſticie ⁊ etiā debitum habendi eam ex lege a deo preordinata. nec tamen in eo fuiſſet originale peccatum. quia talis carentia iuſticie non eſſȝ ex demerito patris: neq̄ ex demerito filij: ſed ex mera dei voluntate. Ex predictis igitur patet φ ad rationem ſeu quiditateȝ originalis peccati tria concurrunt. Primum eſt originalis iuſticie carentia. Scḋm ieſt debitum habendi originalē iuſticiaȝ. Tertium ē indignitas habendi eam. Hec p primo articulo breuiter dicta ſufficiant.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Secũdo declarãda eſt ſacratiſſime virgis pſeruatiua ſctificatio. vicʒ qliter ipa dei mr̃ ſingulari qdã gr̃a ſctificata eſt in pmo inſtãti cõceptiõis ſue p quã ſctificationẽ oĩno pſeruata ẽ ab ori/ ginali culpa. Pro q̃ pmo notãdũ ſm doct. illũinatũ Fran. de maronis in trac. de con ceptõe vgis: q triplex eſt ſanctificatio.

Prima eſt vniuerſalr̃ q̃ aĩa ſctificaẽ: qa vicʒ a pctõ purgaẽ ⁊ ei gr̃a ꝯfert: ſed ñ cõ firmaẽ qn poſſit cadere a gr̃a. Et hec de cõi lege fit per ſacr̃a. Scõa eſt ſpẽalis q̃ aĩa purgaẽ a culpa ⁊ accipit gr̃am: ⁊ ſic cõ/ firmaẽ in gr̃a q in pctm̃ mortale cadere ñ põt. et talis credit fuiſſe ſctificatio ioãnis et hieremie. Tertia eſt ſingularʒ: q̃ ſctifi caẽ aĩa nõ purgatiõe a culpa/ qꝛ nulla eſt ibi culpa: ſed collatiõe gr̃e ⁊ ꝯfirmatõe tã/ ta vt necꝫ mortalr̃ necꝫ venialr̃ poſſit pec care. Et h̃ modo fuit btã vgo ſctificata i p mo inſtãti ſue conceptiõis. Hec Frã. Q, aũt vgo ſctiſſima fuit ſctificata ſctificatiõe pſeruatiua ab oĩ culpa origiali/ ita q ab ea fuerit oĩno exẽpta ⁊ in pmo inſtãti ſue con ceptiõis ſctã ⁊ gr̃a plena: poſſumus per/ ſuadere ⁊ declarare tripliciter

Primo autoritatib.
Secundo figuris.
Tertio rationibus.

## Primo autoritatib⁹: tres

pcipuas ad hoc autoritates adducẽdo.

Prima eſt Anſelmi de ꝯceptu vginali. ca. xviij. Decuit vt ea puritate vgo mr̃ ni/ teret q̃ maior ſub deo neqt intelligi. H̃ aũt nõ eſſet verũ ſi virgo maria qñcꝫ fuiſſet in originali pctõ: qꝛ põt intelligi pura inocẽ/ tia ſub deo. Scõa eſt autoritas gloſe or dinarie ſup illo Jo. iij. Q̃ deſurſũ venit ſup oẽs eſt ⁊c. di. q hũanitas chr̃i fuit ſũ/ pta de altitudine hũane nature. ſ. de ſtatu innocẽtie in q̃ natura hũana nõ fuit pollu ta aliq̃ macula. Tertia eſt autoritas ſa/ lomonis Prouer. viij. q̃ ſm vſum romane eccl̃ie recitaẽ in ep̃la in pſona b. virgis di. Dñs poſſedit me i initio viaꝝ ſuaꝝ añcꝫ q̃cq̃ faceret a pncipio ab eẽno ordiata ſũ: vt. ſ. eſſem ieſu chr̃i mr̃. Ex hac autoritate hr̃ q cõceptio ⁊ natiuitas glioſe vgis marie pceſſit i mẽte diuina cuiuſcũqꝫ alteri⁹ pure creature cõceptionẽ. Ex q̃ iferri pt q p pec catũ pmoꝝ pẽtũ maculari ñ potuit. Pro bar ꝯña p Aug. xiiij. d ciui. di. ca. xj. d. Hõ pctõ ſuo diuinũ nõ potuit ꝑturbare ꝯſilium qſi qd de⁹ ſtatuerat illũ mutare cõpulerit. Hec Aug. Pri⁹ aũt ordiauerat glioſaꝫ vir ginẽ eſſe matrẽ dei. igiẽ ⁊ ordiauerat eam oĩmoda puritate nitere queadmodũ decʒ matrẽ dei. Pro ꝯfirmatiõe aũt pdictaꝝ autoritatũ poſſũ⁹ ad ꝓpoſitũ exponere il/ lud pſ. Flumis ipet⁹ letificat ciuitatẽ dei: ſctificauit tabnaculũ ſuũ altiſſim⁹. Altiſſi mus incꝫ dei fili⁹ ſctificauit tabnaculũ ſu um qd ẽ vgo glioſa ⁊ ſacratiſſima maria. Et mod⁹ ſue ſctificatõis tãgiẽ cũ pmittiẽ: Flũinis ipet⁹ letificat ciuitatẽ dei. Hec ci uitas ẽ vgo btã. hoc flumẽ ẽ abũdãs gr̃a ſpũſſcti. Vñ Jo. vij. dr̃ ſaluator. Qui cre dit in me (ſic dr̃ ſcptura) flumia d vẽtre e⁹ fluẽt. Et ſubdit euãgeliſta. hoc ãt dr̃ d ſpũ quẽ accepturi erãt credẽtes i eũ. Sũt aũt põderãda ſingl̃a vba pſ. di. Flumis ipet⁹ letificat ciuitatẽ dei. Notãter q̃ppe dr̃: flu/ minis. qꝛ fuit mun⁹ gr̃e copioſũ in ſua ſan ctificatõe ſibi datũ. Fõs ei pu⁹ q̃ eſt i aliꝭ ſctis creuit i ea in fluuiũ maximũ ⁊ in aq̃s plimas redũdauit. Heſter. x. Signanter etiã dr̃ ipet⁹: qꝛ fuit mun⁹ gr̃e vtuoſũ. Et certe ita vtuoſe ⁊ impetuoſe deſcendẽs vt oẽm maculã cuiuſcũcꝫ pcti pueniret. Vñ ipa dici põt Fõs hortoꝝ: pute⁹ aq̃ꝝ viuen tiũ. ſ. gr̃aꝝ ſpũaliũ q̃ fluũt ipetu de libano ſcʒ de mõte deitatꝫ. Cañ. iiij. Notãter ite/ rũ dr̃: letificat. qꝛ fuit mun⁹ gr̃e delicioſũ. Legim⁹ Lu. j. q infãs ioãnes exultauit in vtero cũ fuit emũdat⁹ ab originali pctõ et replet⁹ ſpũſctõ. Multo igiẽ mag̃ credẽdũ eſt vgine exultaſſe qñ p gr̃e plenitudinem ſctificata ẽ in mr̃is vtõ ab iſtãti ꝯceptõis. hoc eſt vticꝫ tãto magꝫ credẽdũ qnto i eã copioſi⁹ gr̃e mun⁹ deſcẽdit. Signter ſup addit: ciuitatẽ di. qꝛ fuit mun⁹ gr̃e fructuo ſum: qꝛ vicʒ p h̃ facta ẽ ciuitas dei: de q̃ ali bi pſ. dr̃. Glioſa dicta ſũt de te ciuitas dei.

## Secũdo declarãda eſt pu

ritas ꝯceptõis b. marie p figuras tres ad h̃ pncipales figuras adducẽdo. Prima eſt de padiſo voluptatꝫ. Figurata em̃ fuit btã vgo in padiſo voluptatꝫ in q̃ fuit poſi tus adã i ſtatu inocẽtie. Fuit eñ. vgo hor tus deliciaꝝ i q̃ poſit⁹ ẽ ſcds adã. ſ. chr̃s de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

q̄ dr.j. Cor.xv. Fact⁹ ē pm⁹ adā in aīam
viuētē. nouiſſim⁹ aūt adā i ſpū viuificātē.
Et ſeqͥᷓ. Prim⁹ hō de terra terren⁹. ſcd̄us
de celo celeſtꝫ. Qḋ itelligiᷓ nō q̄ntū ad di
uerſitatē nature: ſed ꝓpᷓ diuerſitatē ⁊ diffe
rentiā q̄ntū ad q̄litatē ꝟtutꝫ ⁊ vicij / culpe
et gr̄e. Qꝫ aūt b. ꝟgo figurata fuerit ꝑ pa
radiſū voluptatꝫ / teſtaᷓ Dam. in ſer. d̄ na/
tiuitate ei⁹: dicēs ad eā. Tu appellarꝫ itel/
lectualꝭ edes ſacratioꝛ ac diuioꝛ antiq̄. In
illa em̄ terren⁹ adā hitauit: in te autē dn̄s
celi. Hec ille. Sic ꝰ in ꝑadiſo voluptatis
nihil erat ioꝛdinatū: ſed oīa ꝯuenīētiſſime
oꝛdinata: ita a foꝛtioꝛi rōne credēdū eſt d̄
ꝟgine glīoſa ꝙ i ea nihil vnq̄ꝫ fuit inoꝛdina/
tū. ¶ Scd̄a figura eſt de arca diluuij. Fi
gurata em̄ fuit etiā ꝟgo ſctiſſima i arca di
luuij: de q̄ Gen̄. vj. dixit dn̄s ad Noe. Fac
tibi arcā de lignis leuigatꝫ. Vn̄ Dam̄. vbi
ſ. Te arca ꝑfigurauit ſecūdi mūdi ferēs ſe/
mina. Tu em̄ chr̄m mūdi ſalutē genuiſti q̄
pctm̄ q̄dē ſubruit ei⁹ ꝙ inūdatōes mitiga
uit. Hec ille. De⁹ igiᷓ pr̄ dixit filio vt face
ret ſibi arcā hāc in quā ver⁹ noe. i. ipē chr̄s
ingrediēs / mūdū a diluuio ſaluauit: et hec
fuit de lignis leuigatꝫ. i. cōplanatꝫ: q̄a fuit
ab oī aſpitate pcti imūis ¶ Tertia figura
eſt de arca teſtamēti. Figurata em̄ etiā fui/
it in arca veterꝫ teſtamēti: de q̄ loq̄ᷓ aplus
Heb. ix. di. ꝙ ſcd̄m tabnaculū qḋ dr̄ ſctā
ſctōꝝ hēbat arcā teſtamēti circūtectā ex oī
ꝑte auro: in q̄ erat vrna aurea hn̄s manna
Per hoc ꝙ arca illa erat in ſctōſctōꝝ / daᷓ
intelligi excellētia ſctitatꝫ marie. Coꝛpus
aūt ꝟgis intelligiᷓ ꝑ arcā. et ꝑ vrnā aureā
hn̄s māna intelligiᷓ ei⁹ aīa tota plena ⁊ i/
flāmata charitate: hn̄s in ſe gr̄e plenitu/
dinē. Illa aūt vrna ꝑus fuit ipleta manna
q̄ꝫ poſita i arca. ꝑ quod itelligiᷓ ꝙ aīa bt̄e
ꝟgis ꝑus naturalr̄ fuit gr̄a plena q̄ꝫ coꝛpi
vnita. et ſic ab oī macla ꝑſeruata. q̄a gr̄a il
la q̄ ſic fuit ꝑuēta equalet (vt dr̄ Sco. i. iij.
di. iij.) oꝛiginali iuſticie quātū ad accepta/
tionē diuinā: imo excedit. Ad ꝯfirmatōēꝫ
aūt maioꝛē poſſet ſupaddi figura de thro/
no ſalomōis. de q̄. iij. Reg. x. Fecit rex ſa/
lomō thronū de eboꝛe grādē ⁊ veſtiuit eū
auro fuluo nimis: ⁊ ſūmitas throni rotun
da ⁊c. ſequiᷓ. Nō eſt factū tale op⁹ i vniuer
ſis regnis. Iſte thron⁹ ſignificat btāꝫ vir
ginē q̄ eſt thron⁹ i q̄ ver⁹ ſalomō chr̄s ſedit
et quē ſua ſapīa fecit. Ebur aūt eſt os ele
phatꝫ cādidū: ꝑ qḋ ꝟginitas deſignatur.
Elephas em̄ eſt aīal caſtiſſimū: ⁊ natu/
raliᷓ inimicaᷓ ſerpēti. Et de b. ꝟgine diciᷓ
Gen̄. iij. Inimicicias ponā inᷓ te. ſ. ſerpen
tē / ⁊ mliērē ⁊c. ſequiᷓ. Ipa ꝯteret caput t.
Caput q̄dē ſerpentꝫ eſt initiū ſuggeſtiōis
quā b. ꝟgo nunq̄ꝫ recepit. Pōt ⁊ pctm̄ oꝛi
ginale dici caput diaboli. q̄ꝛ. ſ. eſt radix et
initiū alioꝝ pctōꝝ: ⁊ ꝑmū pctm̄ q̄ diabo/
lus dn̄aᷓ hoī. Hoc igiᷓ diaboli caput ipſa
ꝯtriuit. q̄ꝛ nullū ꝓrſus in ea locum habuit
pctm̄ oꝛigīale. ⁊ ſic ꝯtriuit caput. i. ꝑtātem
quā hꝫ diabolus ſuꝑ hoīem ꝑ pctm̄ oꝛigi/
nale. Summitas throni rotūda ſignificat
celeſtē cōuerſationē. Nō eſt factū tale op⁹
in vniuerſ regnis. q̄ꝛ nec ꝑmā ſimilē viſa ē
nec hr̄e ſeq̄ntem.

## Tertio declarāda eſt puri

tas virginalis ꝯceptiōis ꝑ rōnes: tres ad
hoc ꝑncipales rōnes adducēdo ¶ Prima
fundaᷓ in redēptoꝛis reuerētia. Illud enim
ponēdū eſt ⁊ tenēdū tanq̄ꝫ cōuenientiſſimū
qḋ ꝑtinet ad chr̄i reuerentiā ⁊ eius excellē
tiā: dū tn̄ nō ſit repugnās vniuerſalitati re/
dēptiōis ꝑ ipm̄ facte. Sed ponere ꝟginem
dei matrē fuiſſe ꝑſeruatā ab oꝛiginali pec/
cato in ꝟtute paſſiōis chr̄i ꝓuiſe a deo ſpe/
ctat ad chr̄i reuerentiā ⁊ excellentiā reſpe/
ctu ſue oꝛigis ex ipa ꝟgine: īmo dicere op
poſitū videᷓ facere ignominiam chr̄o. ſ. ꝙ
nat⁹ fuerit de mr̄e q̄ aliq̄n fuerit peccatrix.
Neq̄ꝫ talis ꝑſeruatio repugnat vniuerſa/
litati redēptōis ꝑ chr̄m facte. Nō em̄ ex h
ſequiᷓ ꝙ chr̄s nō ſit oīm electoꝝ redēptoꝛ
vniuerſalꝭ. ſ. ex eo ꝙ ipſa ꝟgo ſic ꝑſeruāta
nō ſit redēpta ꝑ chr̄m. q̄ꝛ talis ꝑſeruatio ē
nobiliſſima redēptio. igiᷓ ⁊c. ¶ Scd̄a rō
fundaᷓ in mediatoꝛis efficacia. Et hāc ra/
tionē ponit Sco. i. iij. diſt. iij. ſic di. Perfe
ctiſſim⁹ mediatoꝛ hꝫ ꝑfectiſſimū actū me/
diādi reſpectu alicui⁹ ꝑſone ꝓ q̄ mediat. ſꝫ
chr̄s eſt ꝑfectiſſim⁹ mediatoꝛ. igiᷓ habuit
ꝑfectiſſimū gradū mediādi poſſibilē reſpe
ctu alicui⁹ ꝑſone. ſed reſpectu nulli⁹ habu
it ꝑfectioꝛē ſiue excellētioꝛē gradū median
di q̄ꝫ reſpectu marie. ꝰ reſpectu ei⁹ habuit
ꝑfectiſſimū gradū poſſibilē mediationis.
Sed hoc nō eſſet niſi meruiſſet eā ꝑſerua
ri a pctō oꝛiginali: vt ꝓbabiᷓ. ꝰ chr̄s me/

ruit mariā a pctō origiali pſeruari. ergo de facto fuit pſeruata. Premiſſa ꝓpoſitio vicȝ ꝙ chrūs nō habuiſſet reſpectu marie pfectiſſimū gradū mediatiōis poſſibilē niſi meruiſſet eā pſeruari a pctō origiali: pbaꝛ ab eodē ſcō. triplici rōne. ¶ Prima ē rō recōciliatiōis: q̄ vicȝ ſumiꝛ ꝑ cōpatiōnē ad deum cui recōciliat. ¶ Scḋa ē rō liberatiōis: q̄ ſumiꝛ ꝑ cōpatiōem ad malū a q̄ mediatoꝛ liberat. ¶ Tertia eſt rō cōicatiōis: q̄ ſumiꝛ ꝑ cōpatiōeȝ ad pſonā quā recōciliat ꝛ cui bona cōicat. ¶ Ad declaratiōnē pme ratiōis ponit exēplū tale. Aliq̄s offendēs regē intātū demereꝛ vt oī filio eiꝰ naturali rex offendaꝛ/ꝛ offenſus exheredet ipm. Iſta offenſa ſtatuiꝛ nō remittēda niſi ab aliq̄ innocēte offeraꝛ regi aliqḋ obſequiū magꝫ placens ꝛ gratū ꝙ̄ pctm̄ fuerit diſplicēs ꝛ offenſiuū. Aliq̄s igiꝛ offert obſequiū ita gratū ꝙ recōciliat filios vt nō exheredenꝛ: tm̄ cuilibet eoꝝ rex offēdiꝛ: ſȝ poſtea remittat offenſam ꝓpter merita mediatoris. Sed ſi mediatoꝛ ille poſſet ita pfecte placare regē vt pueniret reſpectu alicuiꝰ filij ire ne ei offendereꝛ: h̄ magꝫ eſſet ꝙ̄ ſi rex offenſam hitā ꝯ talē remitteret, ſed h̄ nō eſt ipoſſibile: cū hec offenſa nō ſit ex culpa ꝓpria: ſȝ ex alia ꝯcta. Ex h̄ arguiꝛ ſic. Nullꝰ pfectiſſime placat aliquē ꝓ offenſa alicuiꝰ ꝯhenda niſi pueniat ne illi offendaꝛ. Nā ſi iā offenſum placet vt remittat/nō pfectiſſime placat. Sed in ꝓpoſito deꝰ nō offendiꝛ anie ꝑ motū interiorē in ipō: ſȝ tm̄ ꝓpꝛ culpā i ipſa ania. ergo chrūs nō pfectiſſime placat trinitatē ꝓ culpa ꝯtrahēda a filijs ade ſi non pueniat vt alicui trinitas nō offendaꝛ. et ꝑ cōſeq̄ns ꝙ aia alicuiꝰ filij ade nō habeat culpā talē. ¶ Scḋa rōne ſic arguit. Perfectiſſimꝰ mediatoꝛ mereꝛ amotioneȝ oīs pene ab eo quē recōciliat. ſed culpa originalis ē maioꝛ pena ꝙ̄ ipſa carētia viſiōis diuine. Pctm̄ em̄ eſt maxia pena nature itellectualis inter oēs penas eiꝰ: cū ſit ablatio boni iuſticie qḋ eſt magꝫ cōueniēs ꝛ meliꝰ ipſi volūtati ꝛ volēti ꝙ̄ q̄dcūq̄ȝ bonū cōmodi alteriꝰ a iuſticia. Volūtas em̄ inq̄ntū habet affectionē iuſticie. i. inq̄ntū libera ē: eſt ſimplr nobilioꝛ ſeipa inq̄ntum habet affectionē cōmodi. Et in h̄ bn̄ v̄ificaꝛ illḋ auguſtinꝰ. iij. de libero arbi. Iuſſiſti dn̄e ꝛ ita eſt vt ſibi ipſi pena ſit oīs iordinatꝰ animꝰ. Si ergo chrūs fuit perfectiſſimꝰ mediatoꝛ: hāc penā grauiſſimā meruit ab aliq̄ auferri/nō niſi a mr̄e. ergo ꝛc. Cōfirmaꝛ iſtḋ ꝑ exēplū. q2 ſi filio ade eſſet maxia pena regē ꝯ eū offendi: nullus eū pfectiſſime recōciliaret niſi auferret ab eo nō tm̄ exheredatōeȝ ſȝ etiā eſſe inimicū regꝫ. igiꝛ ꝛc. ¶ Tertia rōne arguiꝛ ſic Nullus eſt pfectiſſimꝰ recōciliatoꝛ niſi alicui pſone conferat ſūmū bonū qḋ poteſt ꝑ illū mediatorē haberi. Sȝ innocētia illa. ſ. pſeruatio a culpa cōtrahenda pt h̄ri ꝑ mediatorē pfectiſſimū. ergo hmōi innocētia alicui pſone humane collata eſt. Hec Sco. vbi ſ. niſi pauca q̄ circa ſecūdā viā dicta ſunt de pctō q̄ ſumunꝛ ab eodeȝ ſcoto in. iij. ſent. di. xxxvj. ¶ Tertia rō pncipalis fundaꝛ in pcti originalis miſeria. Pctm̄ em̄ originale tollit dei dilectionem ſiue dei grām: ponit dei offenſionē ſiue diinimiciciā ꝛ diabolicā ſubiectionē. Nā ꝑ pctm̄ originale dr̄ apl̄s Eph. ij. Eramus natura filij ire. Hec aūt nō pn̄t ꝯuenient̄er dici de btā v̄gine. Cū em̄ ſit mr̄ grē/ſpecialiter a deo electa ad repatiōnē grē quā humanū genꝰ ꝑdiderat: nō eſt ꝯueniēs dicere ꝙ aliq̄n fuerit puata grā. Cum ſit mr̄ dei/nō eſt ꝯueniens dicere ꝙ aliq̄n fuerit inimica dei ꝛ filia ire. Nō em̄ ꝯuenient̄ aſſumiꝛ ꝓ medio inꝛ aliq̄s ad reconciliandū vnū alꝛi aliq̄s in q̄ eſt etiā illḋ ꝑ qḋ facta eſt inimicicia: et q̄ eandē inimiciciā hȝ ad eum cui faciēda eſt recōciliatio. Virgo aūt btā electa eſt ꝓ medio tali inꝛ deū ꝛ naturā hūanā. nō eſt ergo cōueniēs dicere ꝙ aliq̄n fuerit in indignatōe dei. Itē cū v̄go beata ſit mulier illa ſub cuiꝰ ptāte traditꝰ eſt diabolꝰ ꝛ ſpāliter ordinata ad ꝯterendū caput diaboli: iux illḋ Gen. iij. Ipa conteret caput tuū. qḋ a deo dictū eſt diabolo de v̄gine glioſa. irrōnabile eſt dicere ꝙ aliq̄n fuerit diabolo ſbiecta ꝛ ſub diaboli poteſtate. Predicta q̄ppe incōueniētia ſunt ꝛ ita abſurda ꝙ nulli vero catholico ꝯſonare pn̄t neq̄ȝ debent. pſertim cū paganꝰ ille mahumetꝰ in alchorano ſuo dicat. Nō eſt in filijs hoim quē nō tetigerit ſathan: pꝛeter Mariā ꝛ filiū eiꝰ. ¶ Cōfirmanꝛ aūt pdicte rōnes. q2 ſicut arguit ſco. in. iij. di. iij. Chrūs videꝛ imediatꝰ fuiſſe reparatoꝛ ꝛ recōciliatoꝛ nr̄ a pctō originali ꝙ̄ ab actuali q2 neceſſitas incarnatōis ꝛ paſſionis chrī

aſſignat̃ cōiter ex pctō originali. ſed ſupponit̃ coiter ꝙ chr̄s fuit ita pfectꝰ mediator reſpectu ipiꝰ marie ꝙ eam p̄ſeruauit ab oi pctō actuali. ḡ ⁊ ab origiali. Itē pctm̄ originale mag̃ viciat ⁊ inficit pſonā q̄ꝫ pctm̄ veniale: qꝛ nō pt pctm̄ originale ſtare cum grā. veniale autē bn̄ ſtat cū grā. ſed voluit filiꝰ dī (vt ſ. ponit̃) p̄ſeruare matrē ſuam a pctō veniali/ vt eius puritas ſeruaret̃. ḡ a fortiori etiā ab originali.

Tertio declarāda ē difficultatꝫ notabilis ſatiſfactiua ſolutio. Et p̄ncipue h̄ notabimꝰ circa p̄dicta triplicē difficultatem.

¶Prima ſumit̃ ex rōne naturalis ꝓpagationis.

¶Scda ſumit̃ ex rōne penalis inflictionis.

¶Tertia ſumit̃ ex rōne pſonal' cōditōis.

**Prima igitur difficultas** ſumit̃ ex rōne naturalis ꝓpagationis. quia ṽgo btā fuit ꝓpagata naturalr̃/ lege cōi aliorū. ſed rōne natural' ꝓpagatiōis a primis parētibꝰ ꝯtrahit̃ pctm̄ originale. ḡ ipa contraxit pctm̄ originale. Et pōt hec rō ꝯfirmari ꝑ auctoritates. qꝛ Ro. v. dr̄. Oēs in adā peccauerūt. et n̄ niſi qꝛ fuerūt in eo ſm̄ rōnē ſemialē. Hoc modo aūt fuit in eo beata ṽgo. Itē Aug. ſup illud Jo. Ecce agnꝰ dei ⁊c. ſolus innocēs: quia nō ſic venit ſcz ſm̄ cōem ꝓpagationē. Rn̄ſio ſm̄ Sco. vbi ſ. Quilibet filiꝰ ade naturalr̃ eſt debitor origialis iuſticie: et ex demerito ade caret ea. et ideo ois talis hꝫ vnde ꝯtrahat originale peccatū. ſed ſi alicui in p̄mo iſtāti creatiōis anie det̃ grā: ille lꝫ careat originali iuſticia: nunq̄ꝫ tn̄ eſt debitor eiꝰ. qꝛ merito alteriꝰ p̄uenientis pctm̄ dat̃ ſibi grā q̄ equalet illi iuſticie q̄ntū ad acceptationē diuinā: imo excedit. Quantū eſt igit̃ ex ſe q̄libet hr̄et pctm̄ originale/ niſi aliꝰ p̄ueniret merēdo. Et ita dicendū ꝙ oēs ꝓpagati naturalr̃ ab adā ſunt pctōres. hoc eſt ex modo q̄ hn̄t naturā ab adā/ haberēt vn̄ carent iuſticia debita: niſi eis aliūde conferat̃. ſed ſicut poteſt deꝰ poſt p̄mū inſtās ꝯferre grām: ita pt ⁊ in p̄mo inſtanti. Hec ſco. Unde patet ꝙ licꝫ btā ṽgo fuerit cōcepta in peccato originali radicaliter: hoc eſt q̄ntū ē ex modo ſue ꝯceptionis: nō tn̄ formaliter ⁊ actualiter. Contraxit ergo peccatuꝫ originale de iure ſcꝫ cōi: ſed non de facto.

¶ Prima eſt cōtēplatio mirifice affectionis. Cōtemplari eñ debem⁹ mirabilē illius ſctiſſimi ſenis ſymeonis affectionem. Sicut eñ dr̄ in euāgelio Symeō hō erat iuſt⁹ ⁊ timorat⁹ expectās. ſ. cū ingēti gaudio ⁊ deſiderio redēptionē iſrl'. ⁊ ſpūſſctūs erat in eo. Suſpirabat vtiqꝫ ⁊ gemebat orās q̄tidie cū ingēti affectu q̄tus in hac vita mortali videre poſſet dñm redēptorē natū: dicebat itaqꝫ freq̄nter. Quādo veniet: quādo videbo: putas videbo: Uiuā me hic inueniet: Et q̄m ſic feruēter deſiderauit: Jō reſpōſum accepit a ſpūſancto non viſuꝝ ſe mortē niſi pus videret chr̄m dñi. Inſtinctu ḡ ſpūſancti venit in templuꝫ cū induceret puerꝫ ieſum maria mr̄ eius ⁊ ioſeph vt facerēt ſm̄ ꝯſuetudinē legis ꝓ eo. Et tūc ſymeon accepit eū in vlnas ſuas cū maximo gaudio. Nō miꝝ ſi maximo affectus eſt gaudio cū edoct⁹ a ſpūſancto agnouit illū pñtē q̄ de⁹ verus eſt ⁊ homo nat⁹ de virgine ſaluator mūdi quē tātū deſiderauerat. Nā ſicut dr̄ Prouer. xiij. Deſideriū ſi ꝯpleať delectat aīam. Cū aūt ſic amplexat⁹ eſt ſymeon puerꝫ ieſum bñdixit deū grās agens de impletiōe ꝓmiſſionis ſibi facte. Et q̄ſi ſpeciali quadā mētis leticia dicit. Nūc dimittis ſeruū tuum dñe. i. ō cetero dimittꝫ me de hac vita trāſire in cordis q̄ete⁊ pace: quia viderūt oculi mei ſalutare tuū ⁊c. Aug⁹. Tūc agnouit ſymeon dñm: tūc adorauit: tunc dixit: Et nūc domine dimitte ſeruū tuū in pace qꝛ viderūt oculi mei ſalutare tuū. Differebať exire de ſeculo vt natū videret per quē cōditū eſt ſecl'm. Hec ille. Et Amb. Uidere iſtū ſenem velut corporee carceris mole inclusum velle abſolui: vt iā incipiat eſſe cū chr̄o. Diſſolui eñ et eſſe cum chr̄o multo meli⁹ eſt. Qui vult ḡ dimitti veniat ad templū: veniat in hierl'm: et expectet chr̄m: accipiat in manib⁹ verbū dī: ꝯpleetať velut q̄buſdā fidei ſue brachijs. Tūc dimitteť vt ñ videat mortē q̄ vidit vitā. Hec ille. O admirāda ꝓrſus ac deuote imitāda ſcti ſymeonis affectio. Ardēter deſiderauit videre ieſuꝫ nec trāſire ex hac vita volebat donec vidiſſet: vidit ⁊ agnouit. Et ꝯpleto deſiderio in viſiōe ſaluatoris iā vltra ampli⁹ nolebat remanere in hoc ſeculo. Jō dicit: Nūc dimittis ſeruū tuū dñe ſm̄ verbū tuuꝫ in pace: q̄ſi di. Mihi ſufficit dñe hucuſqꝫ vixiſſe: Quia viderūt oculi mei ſalutare tuū: qd̄ paraſti añ faciē oīm ꝓplo⁊. Lumen ad reuelatōēꝫ gentiū ⁊ gl'iam plebis tue iſrael. Ubi notandū ꝙ Symeon appellabat eū trib⁹ nominib⁹. ſ. ſalutare: lumē: ⁊ gloriam. Dicit ei ſalutare remittēdo culpā: lumē dādo grām: gl'ia pleb dādo gl'aꝫ. vł ſi dicam⁹ ꝙ in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc cãtico ſymeonis laudaẽ chrs vt pax: vt ſalus: vt lux: vt gloria. Pax eſt qꝛ mediatoꝛ: ſalus qꝛ redẽptoꝛ: lux qꝛ doctoꝛ: gl'ia qꝛ premiatoꝛ. Et cũ hec diceret a ſymeone ð ieſu. Erãt pr̃ ꝛ maẽ eiꝰ. i. ioſeph q̃ meruit vocari pr̃ chr̃i eo ꝙ nutriciꝰ eiꝰ fuit: ꝛ maria virgo ſctiſſima mr̃ dñi mirãtes ſup his q̃ dicebanẽ de illo. ❡ Tertia ẽ ꝯtemplatio ꝓphetice pñũciatiõis. Ubi videlꝫ ꝯtẽplãda ẽ ꝓphetia illiꝰ ſancti ſymeonis: q̃ ſicut habet Lu. ij. dixit ad mariam matrẽ dñi. Ecce poſitꝰ eſt hic in ruinã et reſurrectionẽ multoꝝ in iſrael ꝛ in ſignuꝫ cui ꝯtradiceẽ. Et tuã ipſius aiam ꝑtranſibit gladiꝰ vt reueleẽ ex multis cordibus cogitatiões. Dr̃ aũt poſitꝰ chrs in ruinã ꝛ reſurrectionẽ mltoꝝ qꝛ i chriſti paſſiõe q̃ tũc futura erat: ꝛ ꝓinceps mlti iudei fuerunt excecati a ṽitate cadẽtes: ꝛ multi fuerũt illũinati q̃ prius erãt ſimplices ꝛ ignorantes: vt pꝫ de apl'is q̃bꝫ poſt chr̃i paſſionẽ data eſt intelligẽtia ſcripturaꝝ. Lu. vl. Tũc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Dr̃ etiã poſitus in ſignũ ſcꝫ federis inter homines ꝛ deũ: cui ꝯtradiceẽ a ſacerdotibꝫ ꝛ legiſperitꝫ: ſeqꝫ. Et tuã ipiꝰ aiaꝫ ꝑtrãſibit gladiꝰ. i. doloꝛ paſſionis eius ꝑtrãſibit animã tuã ꝑ cõpaſſionẽ. Seqꝫ. vt reueleñ ex multis cordibꝰ cogitatiões. Lꝫ vt nõ teneẽ cauſaliter ſꝫ ꝯcomitatiue. Et h̃ exponit Origeñ. de reuelatiõe occultoꝝ pctõꝝ in ꝯfeſſiõe que ꝑ efficaciã paſſiõis dñice in ſacramẽto penitẽtie operãtis ſananẽ. ❡ Tertia ẽ ꝯtemplatio myſtice expoſitiõis. Ubi videndũ q̃liter ſcḋm expoſitionẽ myſticã ſeu ſpũalem ꝓdicte q̃ttuoꝛ ꝑſone q̃ interfuerũt in pñtatiõe dñi in tẽplo nob oñdũt qualr̃ dñm ieſũ in corde nr̃o portare ꝛ nos ipos deo p̃ſentare dẽmꝰ ꝛ ſpũaliter immẽte nr̃a ſic hodiernã ꝓceſſionẽ facere q̃tinꝰ veraciter illuminari mereamur. Per ſymeonẽ q̃ppe q̃ interp̃taẽ audiẽs q̃ ꝛ rñſum audierat a ſpũ ſctõ mẽtali ſcꝫ reuelatiõe: nõ viſurũ ſe mortẽ niſi prius videret chr̃m dñi: ſigñr verbi dei ſtudioſa auditio q̃ mentẽ illuminat. Iuxta illud pſal'. Lucerna pedibus meis ṽbũ tuũ: ꝛ lumẽ ſemitis meis. Per annã q̃ nõ diſcedebat a tẽplo ieiunijs ꝛ obſecratiõibꝫ vacãs q̃ ex inſtinctu ſpũſſancti ipſa hora ſuꝑuenit qñ pñtabaẽ puer ieſus ꝛ grãs egit ꝓ tanti bñficij adimpletione ſignaẽ affectuoſa oratiõis deuotio q̃ mentẽ eleuat ac illũinat. Caſſio. ſup pſal. Oratio ſeruat coꝛ: abſtrahit a terrenis: mũdat a vicijs: ſubleuat ad celeſtia. hec ille. Per ioſeph q̃ interp̃taẽ augmẽtũ vel appoſitiõ q̃ ꝛ ſolicitã curã habuit de puero ieſu: intelligiẽ bonoꝝ opeꝝ ꝯtinua appoſitio. Nõ eñi q̃ inceperit: ſꝫ q̃ perſeuerauerit vſqꝫ in finẽ hic ſaluus erit. Per mariã ṽo q̃ interp̃tatur illuminata vel illũinatrix q̃ ꝛ chriſtum mẽte ꝛ fide cõcepit magꝫ q̃̃ corpore ſignaẽ lumẽ ṽe fidei ardore vere charitatis informate. qḋ in omni bono oꝑe neceſſariũ eſt ad h̃ vt ſit meritoriũ. Debemꝰ ergo cũ ſymeone portare lumẽ ſctẽ meditatiõis q̃ ex auditiõe ṽbi dei cauſaẽ in mente. Cũ anna lumẽ interne deuotõis: cũ ioſeph lumẽ ṽtuoſe ꝓgreſſionis ꝛ cõtinuatiõis in bonis operibꝫ: cũ maria lumẽ ſuꝑne ꝯtẽplatiõis ꝑ verã fidẽ. Et de his q̃ttuoꝛ dicit pſ. Memoꝛ fui dei: ꝑ ſanctã meditationẽ (ꝛ delectatꝰ ſum) ꝑ internã deuotionẽ (ꝛ exercitatꝰ ſum) ꝑ virtuoſaꝫ ꝓgreſſionẽ: ꝛ defecit ſpũs meꝰ) ꝓpẽ vehemẽtem diuinoꝝ ꝯtẽplationẽ q̃ in hac mortali vita imꝑfecta ẽ ꝑ fidẽ: ſꝫ in patria clara erit ꝑ aptã viſionẽ. j. Coꝛ. xiij. Uidemꝰ nũc per ſpeculũ ꝛ in enigmate: tũc aũt facie ad faciem.

## Tertia cã inſtitutõis ꝓceſ

ſiõis hodierne cũ cereis accẽſis faciẽde ẽ ꝓpẽ nr̃am iſtructionẽ. In h̃ eñi inſtruimur ꝙ ſi añ deũ volumꝰ ee purificati ꝛ mũdi tria in nob h̃re debemꝰ vt ſic q̃ſi ꝓceſſionalẽ ad deũ redeamꝰ vñ ꝑ creationẽ ꝓceſſimus. Et hec tria ſũt fides ṽa: actio bona: ꝛ intẽtio recta. Nã candela in manu accenſa ẽ fides cũ oꝑatiõe bona. Et ſicut candela ſine lumine dr̃ ee mortua. ꝛ lumine deficiẽte: cãdela deficit ꝛ moriẽ: ſic ꝛ oꝑatio ſine fide ꝛ fides ſine bono oꝑe mortua ee dr̃ vt dr̃ Iacobi. ij. Lichinꝰ aũt intꝰ incera occultatꝰ ẽ intẽtio recta. Grego. Sic ſit opus in publico vt tñ intẽtio mãneat in occulto: vt de bono opere ꝓximis p̃beamus exẽplũ: ꝛ tñ ꝑ intẽtione q̃ ſoli deo placere querimus ſꝑ optemus ſecretũ. Hec ille. Debet igitur in omni bono oꝑe recta eſſe intentio in deũ vt ſic quaſi ꝓceſſionaliter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

redeamus ad ipſum.

Tertiū ē myſteriū memorādē pn̄ta-
tionis quō vicȝ dn̄s ieſus pn̄tatus
eſt in tēplo cū legalib⁹ hoſtijs: ꝓpt
qđ dr̄ hodierna ſolēnitas ipapāti .i. pn̄-
tatio vel obuiatio. Voluit aūt dn̄s ſic p̄-
ſentari cū hoſtijs legalib⁹ ꝓpter tres pre-
cipuas cauſas.
Prima: ē cā legalis impletiōis.
Scđa: eſt cā ſpūalis inſtructōis.
Tertia: eſt cauſa myſterial' ſigtōis.

## Prima igitur ē cauſa le-

galis impletōis. Vn̄ ipſe dicebat Matth.
v. Nō veni legē ſoluere ſȝ ad implere. Vi
de aūt ꝛ deuote ꝯſidera nūc ſaluatoris ie-
ſu hūilitatē. Nā in natiuitate ſe habuit vt
paup hō. In circūciſiōe vt paup et pctōꝛ
hō: ſed hodie vt pauper ꝛ pctōꝛ ꝛ ſeru⁹ hō
Vt pauper in eo ꝙ pauperū oblationem
elegit: vt pctōꝛ in eo ꝙ ipſe cū matre legeȝ
expiatiōis adimpleuit: vt ſeruus in eo ꝙ
redimi voluit. Pro quoꝝ ampliori declara
tione notandū vt dicit doctoꝛ ſctūs in .iij.
p q. xxxvij. ar. iij. ꝙ chr̄s voluit ſb lege fie
ri vt eos q ſub lege erāt redimeret ꝛ vt iu
ſtificatio legis in ſuis mēbris ſpūalit' im-
pleret. Nam ꝛ ꝓpt h ipſuȝ voluit hoſtias
legales ꝓ ſe offerri q erat vera hoſtia vt fi-
gura veritati ꝯiūgeret. De ꝓle aūt nata du
plex erat p̄ceptū traditū i lege. Vnū erat
ſpēale de p̄mogenitis tā in hoibus q̄ȝ iu-
mētis. Sibi em̄ dn̄s deputauerat oēm p̄-
mogenitū in iſrael ꝓ eo ꝙ ad liberationeȝ
ppl'i iſrael ꝑcuſſerat p̄mogenita egypti
ab hoie vſq ad pec⁹: reſeruatis p̄mogeni
tis filioꝝ iſrl'. Et h mādatū ponit' Exoď.
xiij. in q etiā p̄figurabat' chr̄s qui eſt p̄mo
genitus in multis fratrib⁹: vt dr̄ Ro. viij.
Aliđ erat p̄ceptū gn̄ale q̄ntū ad oēs. vt .ſ.
impletis dieb⁹ purificatiōis m̄ris offer-
ret ſacrificiū ꝓ filio ſiue ꝓ filia. Vt hr̄ Le
uit. xij. Et h q̄đē ſacrificiū erat ꝛ ad expia
tionē pctī in q ꝓles erat ꝯcepta ꝛ nata: ꝛ
etiā ad ꝯſecrationē q̄ndā ipſius: q2 tūc pri
mo p̄ſentabat' in tēplo. Et ideo aliqđ offe
rebat' in holocauſtū ꝛ aliqđ ꝓ pctō. Chri
ſtus igitur q de virgine natus erat p̄mo-
genitus ꝛ voluit fieri ſub lege: hec duo p̄-
cepta in ſeipō impleri voluit. Et ita hec
duo oſ̄dit euangeliū circa ipm̄ fuiſſe ob-
ſeruata. Primo q̄đē illud qđ ꝑtinet ad p̄-
mogenitos. Cū dr̄. Tulerūt illū in hieru-
ſalē vt ſiſterēt eū dn̄o ſic̄ ſcriptū ē in lege
dn̄i: q2 omne maſculinū adaperiēs vuluā
ſctm̄ dn̄o vocabit'. Redimebat' tn̄ p̄moge
nitū hois q̄nq ciclis: p̄ter p̄mogenita le-
uitaꝝ q cū in adultā etatē ꝑueniebāt ſem
per in tēplo dn̄o ſuiebāt. Scđo ponit euā
geliū illud qđ p̄ceptū erat cōiter q ad oēs
Cū dr̄. Et vt darēt hoſtiā ſm ꝙ dictū eſt
in lege dn̄i: par turturū aut duos pullos
colūbaꝝ. Leuit. em̄. xij. p̄ceptū erat vt q
poſſent agnum anniculū ꝓ filio ſiue ꝓ fi-
lia in holocauſtū offerrēt ꝛ pullū colūbe ſi
ue turturē ꝓ pctō: q vero nō poſſent offerre
agnū offerrēt duos turtures vl' duos pul
los colūbaꝝ: vnū in holocauſtū ꝛ alterū
ꝓ pctō. Dn̄s igit' ieſus q cū diues eſſet ꝓ
pter nos egen⁹ fact⁹ eſt vt ꝑ ei⁹ inopiam
diuites eēm⁹. Vt dr̄. ij. Coꝛ. viij. Voluit
ꝓ ſe paupeꝝ hoſtiā offerri ſic̄ ꝛ in ipa nati
uitate pānis inuolui ꝛ reclinari in p̄ſepio.
Hec ex doctoꝛe ſancto.

## Scđa cauſa quare ſic vo-

luit dn̄s in tēplo pn̄tari eſt rō ſpūal' iſtru-
ctiōis. Nā ſic fili⁹ dei nō ꝓpt' ſeipm̄ fact⁹ ē
hō ꝛ circūciſus in carne: ſȝ vt nos ꝑ grām
efficeret filios dei: ꝛ vt nos inſtrueret de-
bere ſpūalit' circūcidi: ſic ꝛ ꝓpt' nos pn̄tat⁹
eſt dn̄o vt ꝑ h inſtruamur noſipos deo p̄
ſentare. Vn̄ in collecta hodierna dicim⁹.
Oēs ſempit'ne de⁹ maieſtatē tuā ſuppli-
ces exoram⁹: vt ſic̄ vnigenit⁹ fili⁹ tu⁹ ho
dierna die cū nr̄e carnis ſubſtātia in tem
plo ē pn̄tat⁹: ita nos facias purificatis ti-
bi mētib⁹ pn̄tari. Facta ē aūt dn̄i pn̄tatio
poſt ei⁹ circūciſionē vt ꝑ h oſtēderet nēmi
nē niſi circūciſū vicijs dignū eē diuinis aſpe
ctib⁹. ꝓpt' qđ ꝛ nūc in eccl'ia ſolēt infātes
poſt baptiſmū offerri dn̄o: cui⁹ aſſignari
pōt p̄cipue triplex rō. Prima ē rō ꝓte-
ſtationis. Hoc em̄ fit q̄ſi ꝓteſtando ꝙ in-
fans ille eſt dei fili⁹ q2 creauit ipm̄ ꝛ rede
mit ꝛ regenerauit: q̄ſi diceret' ad dn̄m. Ec
ce infantē quē creaſti quē redemiſti: queȝ
ſpūalit' regn̄aſti: tuus eſt. Idcirco eū tibi
offerim⁹. Scđa ē rō grāꝝ actōis. Hoc
em̄ fieri debet grās agēdo deo de bn̄ficio
creatiōis illi⁹ ꝓlis: de bn̄ficio p̄ſeruatiōis
ei⁹ a ꝑiculis mortis tā in vtero matris: q̄ȝ

etiã in egreſſum ab vtero ⁊ poſt egreſſuz
ac etiã de bñficio ſpũalis regeneratiõis p
quã factus ẽ particeps meriti dñice paſ-
ſiõis ⁊ mortis. ¶ Tertia eſt rõ ſpẽalis re
cõmendatiõis: vt ſcʒ ſic offerẽtes infantẽ
deuote eũ dño recõmẽdent hũiliter oran
tes vt deꝰ extunc de cetero infantẽ illũ cu
ſtodiat ne grãm ⁊ innocẽtiã baptiſmalez
amittat: q͛ ſicut di. pš. Niſi dñs cuſtodie-
rit ciuitatẽ: fruſtra vigilat q̄ cuſtodit eam
Puer aũt in baptiſmo efficit dei tẽplũ et
talẽ gratiã accipit ꝙ ſi ſtante illa moreret
ſtatim ad patriã euolaret. In cuiꝰ ſignuz
baptizato dño in iordane aperti ſũt celi.

## Tertia cauſa dñice pũta-
tionis cũ hoſtijs legalibꝰ eſt rõ myſteria
lis ſigtiõis. Per hmõi em̃ aues de q̇bus
loq̇tur euãgeliũ myſtice ſignant ea q̄ deo
a nobis offerẽda ſũt tãq̄ ſacrificia ſibi ac-
ceptabilia. Inter q̄ p̄cipue notanda ſunt
tria q̄ ſunt aĩaꝝ purgatiua. ¶ Primũ: eſt
caſtitas ſpũalis affectõis q̄ ↄſiſtit in om̃i
vicioꝝ repreſſiõe abſtinendo vicʒ a forni
catiõe ſpũali. j. Theſſ. iiij. Hec eſt volun-
tas dei ſctificatio vrã vt abſtineatꝭ ab oĩ
fornicatiõe. ⁊c̃. Et j. Tim. v. Teipſum ca
ſtum cuſtodi. Oĩs vtiq̄ aĩa ab amore dei
p peccatũ ſe ſubtrahẽs adultera eſt Hu-
iuſmõi aũt caſtitas mẽtis intelligit p tur
turem q̄ eſt auis caſta que vni tm̃ coniun-
git ad ꝓlis ꝓpagationẽ. Vñ ðt quidam.
Turtur ꝑpetuo p̄mũ conſeruat amorem.
Amiſſoq̄ pari neſcit habere parẽ. ¶ Se-
cũdũ eſt benignitas fraternal' miſeratõis
in iniuriaꝝ remiſſiõe. Ecci. xxviij. Relinq̄
primo nocenti tibi ⁊ tũc deprecãti tibi pec
catã ſoluent. Et Matt. v. Si offers mu
nus tuũ ad altare ⁊c̃. vade prius reconci-
liari fratri tuo ⁊c̃. Vide. Et hec benigni
tas ſiue ſimplicitas intelligit p colũbam
q̄ felle caret. Matth. x. Eſtote ſimplices
ſicut columbe. ¶ Tertiũ ẽ ſinceritas cor-
dialis deuotiõis gemẽdo ſcʒ ꝓ pctis cõ-
miſſis: ꝓ vulneribus ſaluatoris ⁊ dilatõe
beatitudinis. Vñ ⁊ de ſpũſctõ q̄ ſigna-
tur etiã p columbã dicit Rom. viij. Ipſe
ſpũs ꝓ nobis poſtulat. i. nos poſtulantes
facit gemitibꝰ inenarrabilibꝰ. Talis aũt
oratio gemebunda eſt purgatiua. Unde
Iſidorꝰ li. de ſũmo bono. Oratõibꝫ mun
damur. Et Caſſiodorꝰ ſup pſal'. Oratio
ſerenat cor: mũdat a vicijs. Intelligit aũt
huiuſmõi deuotio gemebunda p vtrãq̄
auẽ ſcʒ tã turturẽ q̄ columbã: q͛ tam tur-
tur q̄ columba q̄ſi gemitũ habʒ ꝓ cantu.
Et ꝓpter hoc vtraq̄ illaꝝ auiuʒ deſignat
p̄ſentes ſctõꝝ luctus ⁊ gemitus: de q̇bus
dicit Matth. v. Beati q̄ lugent q̄niã ipſi
ↄſolabunt. Sed turtur q̄ eſt auis ſolita-
ria ſignat p̄uataꝝ orõnũ lachrymas. Co-
lũba vo q̄ eſt gregalis ſigt publicas ora-
tiones eccl'ie. Orõ em̃ deuota tam p̄uata
q̄ publica. eſt ſacrificiũ deo acceptabile.
Pš. Dirigat dñe orõ mea ſicut incenſuʒ
in ↄſpectu tuo: eleuatio manuũ mearũ ſa-
crificiũ veſꝑtinũ. Apparet itaq̄ p ea q̄ di
ximus q̄liter hodierna ſolẽnitas hortat
nos vt nr̃as mẽtes purificemus: ⁊ mẽti-
bus purificatis ſpũali pceſſiõe ad deũ re
deamꝰ ⁊ noſipos cũ his q̄ p turturẽ ⁊ co
lũbã ſignificant ipi deo hũiliter p̄ſẽtemus
vt ſic tandẽ mereamur ad clarũ ſue maie
ſtatis ↄuitũ ꝑtingere ⁊ ſuo ↄſpectui iu-
giter p̄ſentes adeſſe. Amen.

¶ Alius ſermo pro purificatio
ne beate Marie virginis.

## Statim veniet
ad tẽplũ ſctm̃ ſuũ dñator quē
vos q̇rit. Malach. iij. In his
v̈bis tria ꝓponunt ↄtẽplãda q̄ꝝ ↄtẽpla-
tio nob' neceſſaria ẽ ad diſponendũ aĩam
vt ſit tẽplũ dei.
¶ Primũ: eſt dñatiõis deſiderãda ↄditõ
dñator quẽ vos q̇ritis.
¶ Scõm: ẽ receptõis pcuranda diſpoſi-
tio. ad templũ ſanctũ ſuũ.
¶ Tertiũ: eſt viſitatiõis admirãda acce
leratio. ſtatim veniet.
¶ Primũ iducit ad ſubiectõis reuerẽtiã.
¶ Scõm ad p̄paratiõis diligentiã.
¶ Tertiũ ad diue dilectõis beniuolẽtiã.
Primo igit eſt cõtẽplãda dñatiõis
ↄc̃. Tres q̇ppe ſũt deſiderabiles cõ
ditiões dñatoris q̄ in hodierne ſo-
lennitatis myſterio demõſtrantur eſſe in
dño ieſu.

## Prima eſt mie ſuauitas.
Señ. Nullũ ex oĩbꝫ clementia magis q̄
regẽ ⁊ p̄ncipẽ decet. Hec in chro oñdit in

h ꝙ nedū ſua nob̄ dedit:ſꝫ ⁊ ꝓ nob̄ offerri voluit. Sic em̄ nō ꝓpꝫ ſeipm̄ fact⁹ ē hō ⁊ circūciſus in carne:ſꝫ vt nos deos efficeret ⁊ circūcidi ſpūalr doceret: ſic ⁊ ꝓpter nos hodie deo ſiſtit̄ vt nos dō pn̄i ſic pſentaret. In h̄ etiā docuit nosipos deo pn̄tare. qđ facere debem⁹ poſt ſpūalē circūciſionē: qꝛ nihil imūdū offerēdū ē deo. Vīd igit̄ bn̄ ſue mie ſuauitatē. Pſ. Guſtate et videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s. Sꝫ attēde qm̄ hāc miam nō ſūt pcepturi q̄ imiſcordes ſūt. Ia. ij. Iudiciū ſine mia fiet illi q̄ non fecerit miſcđiam.

## Secūda ē potētie ſtrenuitas.

ſ. ſubditos defēdēdo. Vñ. j. Reg. xxij dr̄ de dauid. Cōuenerūt ad eū oēs q̄ erāt in anguſtia ꝯſtituti ⁊c. Hec hodie apparuit in chr̄o: qꝛ ſymeon a ſpūſctō illuminatus in ſuo cātico vocat eū ſalutare: qꝛ potētiā hꝫ remittēdi culpā ⁊ liberādi ab inimicis. lumē: qꝛ potētiā hꝫ dādi grāz Et glāz qꝛ potētiā hꝫ ꝯferēdi celeſtē glīaz. Circa qđ etiā nota ꝙ licꝫ hec dn̄i pn̄tatio ſolēnit̄ facta ſit: tn̄ ꝑ ſuā potētiā fecit ꝙ herodē latuit: q̄ tn̄ iā eū occidere ꝓpoſuerat. Nota etiā quō nob̄ arma dedit q̄bꝫ ꝓtegi poſſumus. Eph. vj. Cōfortamini in dn̄o ⁊ i potētia ꝟtutꝫ ei⁹. Induite vos armatura di ⁊c. vide ibi.

## Tertia ē iuſticie equitas

Sap. j. Diligite iuſticiā q̄ iudicatis terrā Et ſap. vj. Audite reges ⁊ intelligite. ⁊c. vſqꝫ: ne excidatꝫ. Hmōi eq̄tas i chr̄o dn̄ſa ēa ꝓpheta ſymeōe di. Ecce poſit⁹ eſt h̄ in ruina. ſ. ſupboꝝ: ⁊ i reſurrectionē. ſ. hūiliū ⁊ i eū credētiū Eſa. lxiij. Ego q̄ loq̄r iuſticiā ⁊ ꝓpugnatoꝛ ſuꝫ ad ſaluādū. Sꝫ nota bn̄ qđ ſeq̄t̄ in euāgelio. Et in ſignū cui cōtradicet̄: in ſignū. ſ. federis ⁊ recōciliatōis hūane. O q̄ꝫ miſeri ſūt dieb⁹ iſtis q̄ ꝯdicūt huic ſigno ꝯtēnētes ei⁹ pcepta ⁊ cōſilia. O q̄ꝫ miſeri ſūt tales. Poſitus eſt aūt in ſignū triplicit̄. ¶Primo in ſignū ſectāde hūilitatꝫ: qꝛ Phil. ij. Semetipm̄ exinanīuit. ⁊c. Vñ ⁊ hodie in exēplū hūilitatis ⁊ obediētie legē voluit implere ⁊ pn̄tari in tēplo ⁊ redimi tāq̄ꝫ ſeru⁹. ⁊c. Et tota ei⁹ ꝯuerſatio in hūilitate fuit Matth. xj. Diſcite a me qꝛ mitꝭ ſuꝫ ⁊ hūilis corde. Huic ergo ſigno ꝯdicūt ſupbi ⁊ inobediētes ⁊c. ¶Scđo i ſignū tolerāde paupꝫtatꝫ: qꝛ vt dr̄ Bern. Pauper nat⁹: paupꝫ vixit: paupꝫ obijt. Et Lu. ij. Hoc vob̄ ſignū. Inuenietis infātē pānis inuolutū ⁊ poſitū in pſepio. Vñ ⁊ hodie voluit ꝓ eo oblationem pauperꝫ fieri. Huic ḡ ſigno cōtradicūt auari. ¶Tertio in ſignū obſeruāde charitatꝫ. Hiere. xxxj. In charitate ꝑpetua dilexi te. Idō attraxi te miſerās tui. Mirabilē q̄ppe charitatē nobis oñdit dn̄s cū pro nobis homo fact⁹: ꝓ nobis offerri voluit Eph. v. Chr̄s dilexit eccl'iaꝫ ⁊ tradidit ſemetipm̄ ꝓ ea. Huic ḡ ſigno ꝯdicūt inuidi iracūdi: ⁊ gn̄alr oēs legis euāgelice trāſgreſſores. Eſa. xlv. Ve q̄ ꝯtradicit factori ſuo. ⁊c.

Secūdo ꝯſideranda eſt receptiōis. ⁊c. Cū dr̄. ad tēplū ſctm̄ ſuū. Ubi ꝯſiderāda ē tplex ꝯditio diſpoſitia

## Pria ē cōditio capacitatis.

cū dr̄: tēplū. Tēplū ſcḋm archidiacō. dr̄ q̄ſi tectū āplū: qꝛ vicꝫ ꝓpt̄ ei⁹ āplitudinē capax ē ppl'i. Spūalr iſta āplitudo fit ꝑ feruorē deſiderij. Cyprīa⁹. ad donatū. Amtātū pect⁹ ſitiat ⁊ pateat: q̄ntū ei capaceſ fidē affuerim⁹: tātū em̄ grē inundant̄ haurim⁹. Vl' dr̄ tēplū a ꝯtēplādo: ipa aūt diuinoꝝ ꝯtēplatio capacē grē reddit aiam. Nota ēt ꝙ tēplū erat in hierl'm: qđ interꝑtat̄ viſio pacis. Vñ ⁊ pſ. di. In pace fact⁹ eſt loc⁹ ei⁹. Et. ij. Coꝛ. vl. Pacē habete et de⁹ pacꝫ erit vobiſcū. Nulla igit̄ ꝯſcīa capax dei niſi pacifica. Vñ ſalomon rex pacific⁹ tēplū edificauit. Et hodie venit dn̄s ad templū in hieruſalem.

## Secūda eſt cōditio ſctitatis.

cū dr̄: ſctm̄. i. mūdū. Pſ. Tu aūt i ſctō. i. mōo habitas. Haymo ſup Io. Mūd⁹ ihabitatoꝛ mūdā q̄rit domū. Et h̄ nota q̄ mō btā ꝟgo nob̄ hodie dedit exēplū ſcīede purgatiōis. vide ſup̄ in alio ſer. qui incipit Poſtq̄ꝫ impleti ſūt ⁊c. Vel etiā dr̄ ſctm̄. i. firmū: ꝓpt̄ boni ꝓpoſiti firmitatē. Eccl. v. Eſto firm⁹ in via dei. Hebre. vl. Optimū eſt grā ſtabilire coꝛ. Et pſ. Mihi aūt adherere dō bonū ē. Vl' ſcm̄. i. dō dicatū Prouerb. xxiij. Fili prebe mihi coꝛ tuum. Et primi Paralipome. xxij. Prebete corda veſtra et animas veſtras vt q̄ueratis

dñm deũ veſtꝝ ꝛ ꝯſurgite et edificate ſanctuariũ dño deo

## ¶ Tertia eſt ꝯdicio ꝓprie

tatis: cũ dr: ſuũ. ita vtcꝫ ꝙ alteri⁹ nõ ſit. et hec ſequit̃ ex ꝑcedẽti: qꝛ ſi ſit deo dicatum: opꝫ ꝙ ab oĩ ꝯrio ſit elongatũ. ſ. ab imundis cogitatõibꝫ ꝛ affectõibꝫ ꝛ cũctis viciis. nã vt dr .ij. Cor. vj. Que ſocietas lucis ad tenebras: ꝛ q̃ ꝯuẽtio chꝛi ad belial ꝛc.

T Ertio eſt ꝯtẽplanda viſitatõis ꝛc cũ dr: ſtatĩ veniet ꝛc. Sap. v. Preoccupat eos q̃ ſe ꝯcupiſcũt. Venit aũt cũ tribꝫ comitibus.

## ¶ Prim⁹ eſt cognitio il-

luminatiua q̃ ſignat̃ ꝑ mariã q̃ interptat̃ illũinata vel illũinatrix. Vñ ipe dñs dicit Joã. viij. Ego ſum lux mũdi.

## ¶ Scd̃s eſt affectio pſeue

ratiua q̃ ſignat̃ ꝑ ioſeph q̃ interptat̃ augmẽtũ vel appoſitio. Matt. x. Qui pſeuerauerit vſcꝫ in finẽ hic ſalu⁹ erit.

## ¶ Terti⁹ eſt intẽtio eleua

tiua ſiue ordinatiua. ſ. in gl̃iam ꝛ laudẽ dĩ q̃ ſignat̃ ꝑ turturẽ ꝛ colũbã. Turtur em̃ ẽ auis caſta ꝛ colũba auis ſimplex. In hĩs ꝗ ſignat̃ intẽtio pura ꝛ ſimplex. Et hec ꝑdicta etiã pñt deſignari in cãdelis accenſis q̃s hodie ꝓceſſionalr̃ deferim⁹. Vide in alio ſermõe ſup̃.

¶ In feſto Annũciatiõis dñice ſup̃ Miſſus eſt Sermo.

## N Ouum crea

bit dñs ſup̃ terrã: mlier circundabit viꝝ. Hiere xxxj. Promiſerat dñs ꝑ ꝓpham hieremiã nouũ q̃dam opus atcꝫ ſinglariſſimũ ſe factuꝝ ſup̃ terrã. Hodie aũt ꝓmiſſuꝫ ſuũ ꝯpleuit. Fecit itacꝫ hodie dñs nouũ ſup̃ terrã. Nouum incꝫ opus ſingulariter admirabile: ſingulariter venerabile ꝛ ꝓrſus inexplicabile. Nouum incꝫ opus quia mulier: id ẽ virgo btã circũdedit viꝝ: circũdedit incꝫ ſine virili ſemie: viꝝ. i. hoiẽ ꝑfectũ oĩno ꝛ excellẽtiſſime ꝟtuoſuꝫ ſm̃ mentẽ: et q̃d mirabili⁹ eſt / nõ hoiem tm̃ ſed deũ ꝛ hoiem Vñ dr Ber. Eternũ: antiquũ: et nouũ in eadẽ ꝑſona mirabilr̃ ꝯuenerũt: eternũ. i. diuinitas. antiquũ. i. caro ab adã traducta. Nouũ. i. aĩa de nouo creata. De hoc etiã tã ſtupẽdo oꝑe dr Aug. in q̃dã ſer. Multũ mirabile: multũ amabile. multũ laudabile ſacr̃m. Quare mirabile? qꝛ ſic factũ eſt. Quare amabile? qꝛ ꝓ nobꝫ factũ ẽ. Quare laudabile? qꝛ ille q̃ nat⁹ eſt ver⁹ de⁹ ex deo idẽ fact⁹ ẽ ex hoie ver⁹ hõ. Hec ille. Habem⁹ igit̃ feſtũ celeberrimũ: feſtũ iocũdiſſimũ: feſtũ vtcꝫ oĩ reuerentia ac deuotiõe digniſſimũ in q̃ hẽm⁹ venerari atcꝫ deuote ꝯtẽplari nouũ illud dñice incarnatiõis opus q̃d certiſſimũ fuit diuic. bonitatꝭ indiciũ: efficaciſſimũ hũane ſalutꝭ initiũ: atꝫ excellẽtiſſimũ nr̃e hũanitatꝭ faſtigiũ. Hãc itacꝫ tã venerãdã tãcꝫ ſctãm feſtiuitatem deuotiſſime: reuerẽtiſſime atꝫ iocũdiſſime celebrare debem⁹ ꝑcipue ꝓpter tria.

¶ Primo ꝓpter diuine oꝑatiõis magnificentiã inexplicabilẽ.

¶ Scd̃o ꝓpter virginee ꝯdiciõis reuerẽtiam incõparabilem.

¶ Tertio ꝓpter humane exaltatiõis honorificentiã inextimabilẽ.

¶ Primo ꝓpter inexplicabilẽ diue oꝑatõis magnificentiã. Hoc ẽ ei op⁹ ſup̃ oĩa dei oꝑa maxim atcꝫ mirabiliſſimũ. Jõ dr b. Tho. in. iij. ſen. di. iij. ꝙ fuit miracl̃m miracl̃oꝝ. Profecto mai⁹ ẽ h̃ diue icarnatiõis op⁹ q̃ de⁹ fact⁹ ẽ hõ q̃ꝫ ſi de⁹ faceret mille milia mũdos eq̃les huic mõo aut ẽt eo maiores. Recte itacꝫ dr nouũ op⁹ ꝓpter nouã oꝑis magnificẽtiã. In eo q̃ppe ſinglarit̃ oñdit̃ magnificẽtia diue potẽtie atcꝫ ſapie: iuſticie ꝛ bõitatꝭ. Vñ Dam. in ꝑncipio tertij. Per incarnatiõis myſteriũ demõſtrat̃ ſil bõitas ꝛ ſapia ꝛ iuſticia atcꝫ potẽtia dei. Bõitas q̃dẽ qm̃ nõ deſpexit ꝓprij plaſmatis infirmitatẽ. Juſticia ꝟo qm̃ homie victo nõ aliũ fecit vincere tyrãnũ necꝫ vi eripuit hoiem ex morte. Sapia aũt qm̃ inuenit difficillimi decẽtiſſimã ſolutõꝫ. Potẽtia ꝟo ſiue ꝟtus infinita qꝛ nihil ẽ mai⁹ q̃ꝫ deũ fieri hoiẽ. Hec ille. ¶ Scd̃o ꝓpt̃ icõpabile ꝟgis mr̃is reuerẽtiã. Hodie nãcꝫ fctã ẽ ꝟgo mr̃ dei: q̃d ẽ dignitas honoris ꝓrſus icõpabil̃. In eo nãcꝫ ꝙ vocat̃ mr̃ dĩ exꝑmit̃ honoris ꝛ gl̃ie incõparabilis q̃dam precellentia. Nouum itacꝫ fecit hodie dominus: qꝛ virginẽ fecit matrẽ: matrem vtcꝫ nõ cuiuſlibet: ſed dei: nec huius

cemodi m̄unitas ꝟginitatē abſtulit ſ3 ampli⁹ ꝯſecrauit. Aug⁹. in q̄dā ſer. Ei⁹ virginitatē glificauit ꝟa fecūditas: ⁊ verā ei⁹ fecūditatē glificauit intemerata ꝟginitas. Huic em̄ virgini gr̄a fecūditatis acceſſit ſ3 ab ea virginitatis gr̄a non receſſit: huic em̄ virgini factū ē vt ei nullaten⁹ poſſet ineē fecūditas niſi ꝑmaneret ei⁹ intemerata ꝟginitas. Sola hec ꝟgo ſingularē gr̄am ſūme diuinitatis accepit. ſoli donatū ē illi vt in illa ⁊ de illa rex oīm creator miſericordie crearet̄: iſtitutor feminarū ſine ſemine ꝯciperet̄: ⁊ de⁹ ſine initio natus in ea ⁊ ex ea initialit̄ naſceret̄. Hec ille. Tertia xp̄i inextimabilē nr̄e hūanitatis honorificētiā. Inextimabiliter q̄ppe honorificata ē hūanitas cū eā ſibi in eadē pſona aſſociauit diuinitas. Non ſic ſibi aſſociauit angelicā naturā. Heb. ij. Nuſq̄ angelos apprehēdit. Nouū itaq̄ ſingulare fec̄ hodie dn̄s xp̄s tāte natiuitatis honorē hūano generi exhibitū cū ipē de⁹ fact⁹ ē homo. Ber. Si pſonā venietis intueor: nō capio excellētiā maieſtatis: ſi modū veniēdi cogito exaltatōnē agnoſco hūane conditōis. Hec ille. Penſate itaq̄ q̄ntā debeam⁹ dn̄o nr̄o exhibere reuerētiā q̄ nature nr̄e tā inextimabilē ꝯtulit honorē. Attēdite q̄ꝫ deuote: q̄ꝫ hilariter hodiernā debem⁹ celebrare feſtiuitatē xp̄i iā dictas ratōes. Ut aūt ampli⁹ admirari ⁊ ꝯtēplari valeam⁹ hāc ſingulariſſimā diui ogis nouitatem: circa textū hodierni euāgelij cōtemplandē ſūt tres p̄cipue nouitates: nouitates inq̄ꝫ ſingularis magnificētie atq̄ ſūme admirande dignatiōis ⁊ beniuolētie.

¶ Prima: ē nouitas valde venerabilis ſalutatōis q̄ tangit̄ in p̄ma p̄te euāgelij: ibi Miſſus eſt angelus gabriel. ⁊c̄.

¶ Scd̄a: ē nouitas ſūme admirabil̄ ānūciatiōis. Hec tāgit̄ in ſcd̄a p̄te euāgelij: ibi. Que cum audiſſet. ⁊c̄.

¶ Tertia: eſt nouitas prorſus inexplicabilis opatōis. Iſta tāgit̄ in tertia p̄te euāgelij: ibi. Dixit aūt maria ad angelū. ⁊c̄.

Circa p̄mā nouitatē ꝯſiderādū eſt q̄ dū incarnatiōis diuīce cōplendū fuit opus ꝑ hūani generis ſalute: conuenientiſſimum atq̄ rōnabiliſſimū fuit nouā quādā atq̄ inſolitā ſalutatōꝫ p̄mitti qua ſalutaret̄ virgo ipſa a deo p̄electa vt ſalutis mr̄. Et circa hūc ſalutationis nouitatē ꝯtēplāda ſūt tria ſpēalia myſteria.

¶ Primū: ē pſone ſalutātis trāſmiſſio.

¶ Scd̄m: ē pſone ſalutate ꝯditio.

¶ Tertiū: iſolite ſalutatōis exp̄ſſio.

## Primū igitur myſterium

ē pſone ſalutātis trāſmiſſio. De q̄ dic̄ euāgeliū. Miſſus ē angel⁹ gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth. Omnia hec ꝟba ⁊ etiā ſequētia in euāgelio poſita ſūt plena myſterijs. Et idō (vt dr̄ Beda) ſolēniter ſūt notāda tātoq̄ magis cordi inſerēda q̄nto manifeſti⁹ apparet q̄ in ipis tota nr̄e redēptiōis ſūma cōſiſtit. In hac aūt angeli trāſmiſſiōe tria ſunt iuxta p̄dicta ꝟba euāgelica p̄cipue cōſiderāda.

¶ Primū: ē angelice miſſiōis rō.

¶ Scd̄m: eſt angeli miſſi ꝯditio.

¶ Tertiū. ē loci ꝯgrua nominatio.

¶ Primo igit̄ ꝯſiderāda ē angelice miſſionis ratio: q̄re ſcꝫ miſſus ē angelus ad nūciandū marie filij dei incarnationē. Pn̄t aūt hui⁹ miſſiōis tres p̄ncipales ratiōes aſſignari in q̄bꝰ ſatis oñdit̄ q̄ꝫ ſapiēter diuine incarnatōis opus pactū eſt. ¶ Prima rō ſumit̄ ex p̄te diuine ordinatiōis: vt ſcꝫ ſuaretur ordo quē ipē de⁹ ſtatuit vicꝫ q̄ mediātib⁹ angelis diuina hoibꝰ nūciant̄. Hec eſt em̄ regula poſita a btō dionyſio in libro d̄ angelica hierarchia vbi ait. Per dn̄i nr̄i myſteriū angeli p̄mo edocti ſūt: poſtea ꝑ ipos ad nos cognitionis gr̄a trāſiuit. Si q̄s aūt obijciat q̄r btā virgo ſupior fuit angelis ꝙ nō debuit ab angelo edoceri. Dicēdū vt rn̄det Tho. in. iij. p. q. xxx. q̄ beata ꝟgo ſupior fuit angelis q̄ntū ad dignitatē ad quā diuinit⁹ ē electa: ſꝫ q̄ntum ad ſtatū vite erat inferior. Nā et ipſe chr̄s ratiōe vite paſſibilis modico ē ab angel̄ minorat⁹ vt dr̄ Heb. ij. Uerūtn̄ q̄r chr̄s ſimul fuit viator ⁊ cōp̄henſor q̄ntū ad cognitionē diuinorū: ideo ipē nō indigebat ab angelis iſtrui. ¶ Scd̄a ratio ſumitur ex cōditōe humane p̄uaricatiōis vt ſcꝫ ſeruaretur ordo in reparatiōe q̄ fuerat in p̄uaricatiōe. Cecidit nāq̄ hō angelo malo euam tentāte. Reparari ergo debebat angelo bono marie nūciante. Beda in Homelia. Aptū pfecto hūane reſtaurationis principiū vt angelus mitteret̄ ad virginē

partu cõſecrãdã dño qꝛ p̃ma nr̃e pditõis
cauſa fuit ſerpẽs q̃ a diabolo mittebatur
ad mulierẽ ſpũ ſupbie decipiendã. Ter
tio rõ ſumitꝛ ex rõe ꝟginalis diſpoſitõis.
Et h̃ p̃mo vt ex tali nũcio mẽs ꝟginis am
plius in deũ eleuaretꝛ: vt ſic ardẽtiori cha
ritate flãmeſceret ꝛ pus chr̃m amore cõ
ciperet mẽte q̃ꝫ corpe. Aug⁹. lib. de ꝟgini
tate. Mr̃na ꝓpinq̃tas nihil marie pfuiſſet
niſi felicius chr̃m corde q̃ꝫ carne geſtaſſet
Scd̃o vt ei⁹ puritas oñderetꝛ. Hinc hie
rony. ad paulã ꝛ euſtochiũ. Bñ angelus
ad ꝟginẽ mittitꝛ qꝛ ſp eſt angelis cognata
ꝟginitas. Tertio vt ipa certior teſtꝫ hui⁹
tanti ſacramẽti efficeretꝛ qñ ſup h̃ eẽt diui
nitus inſtructa. Sic itaqꝫ ꝓpt̃ cauſas pre
dictas ordinatũ fuit vt angel⁹ ad virginẽ
mitteretꝛ. Tertio ẽ ↄſiderãda ãgeli miſ
ſi ↄditio. Et h̃ q̃ntũ ad tria. Primo q̃n
tũ ad ordinis determinationẽ. ſm aũt do
ctorẽ ſctm̃ in. iij. ſeñ. diſ. iij. ꝛ in. iij. p. ſum.
q. xxx. Ille angel⁹ fuit de ordine archãge
loꝝ. ſ. de medio ordine infime hierarchie.
Qd̃ ↄueniẽs eẽ videtꝛ qꝛ ad angelos ꝑti
net dirigere act⁹ alicuius hoīs q̃ ad ipm̃
tm̃ ptinent. Vñ dñr minora nũciare. Ad
archãgelos ꝟo ptinet dirigere actus ho
minis q̃ in totã m̃ltitudinẽ redũdãt. Vñ
ꝛ archangeli dñr q̃ſi ꝑncipes angeli: qꝛ g̃
ↄſenſus btẽ ꝟginis q̃ p ãgelũ reqrebatur
erat act⁹ redũdãs in vtilitatẽ multitudi
nis vicꝫ toti⁹ hũani generis. Jõ angelus
ille debuit eẽ de ordine archangeloꝝ. Et
credibile eſt q̃ fuerit ſũm⁹ in illo ordine.
Aliq̃ ꝟo aliȷ̃ dicũt illũ fuiſſe de ſupmo or
dine ſupreme hierarchie. Proprietas em̃
angeloꝝ illi⁹ ordinis eſt in dei amore ar
dere. Per incarnationẽ aũt erat accẽden
da amoris dei flamma in tota eccl̃ia ꝛ ſin
gulariter in aĩa ꝟginis. Jõ angel⁹ ille de
buit eẽ de ordine ſeraphin. Quicũqꝫ autẽ
q̃liſcũqꝫ fuerit angel⁹ ille: ſatꝫ ẽ nob̃ q̃ ar
changel⁹ ẽ miſſus. Scd̃o ↄſiderãda ẽ
hui⁹ angeli ↄditio q̃ntũ ad noĩs expoſi
tionẽ quia nominatꝛ gabriel: qd̃ nomẽ ſuo
officio cõgruit. Nam ſm Grego. Gabriel
fortitudo dei interp̃tatꝛ ad oſtẽdẽdũ q̃ in
carnatiõis myſteriũ eſſet per dei fortitudi
nem peragẽdũ. Et ſimiliter ad oñdenduꝫ
q̃ dñs virtutũ veniebat ad debellandum
aereas ptãtes. Gabriel itaqꝫ .i. fortitudo
dei ãnũciauit q̃ fortiſſim⁹ de⁹ ad fortiſſi
mã mulierẽ veniebat. De qua Prouerb.
vlti. Mulierẽ fortem q̃s inueniet? Quis
excogitare poſſet q̃nta tũc fuerit leticia in
celeſti hierarchia: q̃ntũ gaudiũ: q̃nta exul
tatio cum ordinabatꝛ legatio taꝫ ſolennis
et tã g̃ta fienda p gabrielẽ archangeluꝫ.
Fluxerant iam tot annoꝝ milia q̃bus nõ
ſolũ hoĩes ſꝫ ꝛ ipi angeli expectauerãt vi
dere diẽ illũ. O imẽſa dei nr̃i benignitas
o pietas inexplicabilis: o inextimabil' dul
cedo bonitatis ſũmi dei. Ecce apta ẽ ve
na diuine mie: miſſus eſt ad virginẽ nũci⁹
eterne ſalutis gabriel archangelus. Et ve
riſimile eſt q̃ nõ ſolus venit. Nõ em̃ de
cens fuiſſe videtꝛ vt tã ſolẽnẽ tã excellen
tem legationẽ ſolitarius aliq̃s nũcius ge
ageret. Venit igitꝛ multis angeloꝝ cho
ris aſſociatus q̃ multoꝝ populoꝝ venie
bat ſalutẽ nũciatur⁹. Tertio ↄſideran
da eſt angeli hui⁹ cõditio q̃ntũ ad ei⁹ ap
paritionẽ. De qua dicit Chryſoſt. ſuper
Matth. q̃ angelus apparuit virgini vi
ſione corporali. Qd̃ cõueniens fuit tripli
ci rõe prout declarat ſctũs Tho. in. iij. p.
q. xxx. Prima eſt ratio ↄformitatis nun
ciatõis. Veniebat em̃ annũciatur⁹ incar
natiõeꝫ inuiſibilis dei. Jõ ↄueniens erat
vt inuiſibilis creatura ad hoc nũciãdũ ve
niens: formã viſibilẽ aſſumeret per quam
viſibiliter appareret. Scd̃a eſt ratio ſi
militudinis apparitiõis: vt vicꝫ fieret angel⁹
apparens ſimilior virgini cui apparebat.
Mater em̃ nõ ſolũ in mẽte ſꝫ etiã in cor
pore ꝯ ventre erat filiũ dei receptura. Jõ
ↄueniẽs erat vt angelũ corporaliter vide
ret. Virgo tñ btã non ſolũ ꝑcepit viſionẽ
corporalẽ in angeli apparitiõe ſꝫ etiã intel
lectualẽ illuminationẽ. Tertia eſt ratio
certioris inſtructiõis. Ea em̃ q̃ ſũt oculis
ſubiecta certius cõprehẽdimus q̃ꝫ ea que
imagiarie videm⁹. De hac ãt ãgeli appa
ritõe loquitꝛ Aug⁹. in q̃dã ſer. introducẽs
virginẽ ſic dicẽs. Audite frẽs audite ma
riã nobiſcũ loquẽtẽ: carne abſenteꝫ: ꝛ ſpũ
p̃ſentẽ: verecundia virginitatꝫ vultũ auer
tẽtẽ a collocutore. Venit ad me (inq̃t ma
ria) q̃dã magn⁹ chriſti paranymph⁹: non
p̃triarcha primus: aut ꝓpheta egregi⁹: ſꝫ
gabriel ille archangel⁹: facie rutilans: ve
ſte coruſcans: ingreſſu mirabilis: aſpectu

terribilis. Hec ille. O felix illa apparitio et iocūda nimis q̄ virgini ſanctiſſime taz mirabiliter apparuit gabriel archangelꝰ nouū letiſſimū nūciaturus nouū gratiſſimū: nouū ꝓinquiſſimū de ſalute humani generis. ¶ Tertio cōſideranda eſt loci ad quē miſſus eſt angelus cōgrua nominatio: qꝛ miſſus eſt in ciuitatē galilee cui nomen nazareth. Galilea q̄ppe interpretat̄ tranſmigratio. Per hoc ergo ꝙ miſſus eſt angelus ſalutis nūcius in galileaz deſignat̄ ꝙ ſalus fienda ꝑ chr̄m: tranſitura erat de incredulitate iudeoꝝ ad fidem gentiū: ꝛ ꝙ illi q̄ participes eſſe volūt huiuſmōi ſalutis tranſmigrare debent a vicijs in virtutes. Nazareth aūt interp̄tat̄ flos. Cōueniēs q̄ppe fuit vt verus flos. i. chr̄us q̄ Eſa. xi. noīatur flos cōciperet̄ in nazareth. i. in flore: ꝛ de flore ꝟginitatꝫ ꝛcū floribꝰ. i. tpe floꝝ. Et nota hic diligēter et deuote quō dn̄s paruā ciuitatē nazareth elegit ꝓ ſua ꝯceptione ꝓpter humilitatꝫ exēplū: ſed in hierl'm ciuitate magna elegit mori: vt doceret nos opprobria coram multis ꝓ ipſo nō erubeſcere.

## Secūdū myſteriū huius

prime nouitatis eſt perſone ſalutate cōditio. Triplex autē eiꝰ cōditio tangitur in euangelio. cū dicit̄. ad virginē deſponſatā viro cui nomen erat ioſeph de domo dauid ꝛ nomen virginis maria.

¶ Prima: eſt cōditio incorruptionis.
¶ Scd̄a: eſt ꝯditio deſpōſatiōis.
¶ Tertia: eſt ꝯditio noīatiōis.

Prima igitur eſt cōditio incorruptiōis: qꝛ miſſus eſt angelus ad virginē. Augꝰ. in quodā ſer. O mirabilis ꝛ laudabilis inter feminas in q̄ ab archangelo ſalutatur virginitas: ſola impregnata nec viciata. Hec ille. Q, aūt ꝯueniēs fuerit chriſtū naſci tēporaliter ex virgine declarat bt̄us Tho. in. iij. par. q. xxvij. ꝑ tres rationes.

¶ Prima eſt ꝓpter patris dignitatē. Cū ei chr̄s deꝰ dei filiꝰ nō decuit ipm aliū hr̄e patrē q̄ȝ deū: nō em̄ decens eſt filiū alicuiꝰ nobiliſſimi pr̄is attbui alteri pr̄i ignobili digno ¶ Scd̄a eſt ꝓpt̄ filij puritatē. Nā videmus ꝙ flos a radice ꝛ virga orit̄ ſine corruptione radicis aut virge: ꝛ ſplendor a luce vel ſole ſine lucis vel ſolis leſione: ꝛ verbū a corde vel mēte ſine mentis cōtagione. Cū ergo chr̄s ſit flos a radice patris deſcēdēs: ꝛ cādor lucis eterne ꝛ dī patris ꝟbum: cōueniēs fuit vt ſine corruptione matrꝫ naſceret̄. Sic em̄ caro a ꝟbo dei aſſumpta eſt vt eſſet caro ꝟbi dei. Jō debuit ipſa caro ſine mr̄is corruptione ꝯcipi ꝛ naſci. ¶ Tertia ratio eſt ꝓpter regnatiōis cōformitatē. Nā ad hoc facta ē dī incarnatio vt hoīes renaſcerent̄ in filios dei Jo. j. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri his qui credūt in noīe eiꝰ q̄ nō ex ſang. ne. ex volū. car. ne. ex volun. viri ſꝫ ex deo naſūt. Per carnē ſm̄ Nico. de Lyra. hic eſt intelligenda mulier. Gen̄. ij. H nunc os ex oſſibus meis ꝛ caro de car. m. Quia ergo naſci debebāt hoīes in filios dei ex deo ꝛ ex virgine matre eccl'ia: Jō ꝛ chr̄s q̄ ad h' venit vt nos in dei filios regeneraret naſci ſm̄ carnē debuit ex virgine. Augꝰ. li. de virginitate. Oportebat caput nr̄m inſigni miraculo naſci de virgine ſm̄ corpus vt ſignaret ſua mēbra ſm̄ ſpūm de virgine etiā naſcitura. Hec ille. De hac matrꝫ virginitate loquit̄ Augꝰ. in q̄dā ſer. introducēs ipam virginē ſic dī. Dicat maria Ego filiū gn̄aui ſꝫ virginitatē meā nō violaui. Regnū tenui virginitatꝫ ꝛ regē genui caſtitatis. Porta facta ſum celi: ianua facta ſuꝫ filio dī. Jlla porta facta ſuꝫ clauſa quā in viſione diuina vidit ezechiel ꝓpheta. De qua dicit idem ꝓpheta (ezech. vicz. xliiij.) Uidi portā in domo dn̄i clauſam ꝛ dixit angelus ad me. Porta quā vides non aperietur ꝛ homo nō tranſiet per eam: qm̄ dn̄s ſolus intrat ꝛ egredietur ꝑ eam ꝛ clauſa erit in eternū. Mirabilis ꝓphetie viſio: ſed mirabilior eſt ꝓphetie adimpletio. Quid ē porta in domo dn̄i clauſa niſi ꝙ maria ꝟgo ſemꝑ erit intacta: Et quid eſt: homo nō tranſiet per eam niſi ioſeph nō cognoſcet eā: Et quid eſt: dn̄s ſolus intrat ꝛ egredietur per eā: niſi qꝛ ſpūs ſctūs impregnabit eam ꝛ deus angeloꝝ naſcetur per eam: Et quid eſt: clauſa erit in eternū: niſi quia maria virgo eſt ante partum: et virgo poſt partum. Hec Auguſtinus. Triplex teſtimoniū virginitatis marie iuxta euangelium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Primũ eſt teſtimoniũ angelice viſitatõnis: q̄z. ſ. miſſus eſt angel⁹ ad eã: qz vt dic̄ Hiero. Sẽper eſt angelis cognata virginitas. Scdm ẽ ſolitarie recluſiõis: qz vt dt Chryſ. ſup illo verbo Ingreſſus angelus ad eã. Inuenit angel⁹ mariã ſolitariã ꝛc̃. Tertiũ eſt modeſte diſcretõis: qz tacuit et cogitauit q̃lis eſſ ꝛc̃. Et deĩo paucis verbis rñdit. Ubi p̃mo apparet virginalis verecũdia: qz cũ audiſſ turbata eſt in ſermone ꝛc̃. Scdo ṽginalis prudẽtia: qz cogitabat q̃lis ꝛc̃. Tertio virginal' cõſtantia: cũ rñdit: Quõ fiet iſtud ꝛc̃. Uide

Scdo eſt ↄſiderãda ↄdicio deſpõſatõnis: qz. ſ. miſſus eſt angel⁹ ad virginẽ deſponſatã viro ꝛc̃. Uir noiat: vt dt Ber. nõ qz marit⁹: ſedqz hõ virtuoſus. Unõ ꝛ Joſeph. i. accreſcẽs: dt ꝑpter augmentuz virtutũ: ꝛ addit: De domo dauid: vt ꝑ h̃ manifeſte appareat: qm̃ ad hãc virginem veniebat angel⁹ nũciatur⁹ ipletiõez ꝑmiſſionis diuĩe q̄ facta fuerat ipi Dauid de chr̃o ex e⁹ ſtirpe naſcituro. Uoluit ãt dñs naſci ex ṽgine q̄dẽ: ſz deſpõſata ꝑpter multas cãs: q̄ ſunt in triplici differẽtia.

Quedã ſumunł ex ꝑte pueri ieſu. Prima ſm Hiero. ꝑpter originis declaratõz vt ſm morẽ ſcpturarꝫ gñatio chr̃i ꝑ viroꝫ deſcriberet. Scda ſm Amb. ꝑpter ſuſpitionis remotionẽ: ne. ſ. a legis iniuria incepiſſe videret: cũ part⁹ inupte lege dãnaretur. Tertia ſm eundẽ: ꝑpter impugnatõnis excluſionẽ: ne. ſ. herodes ꝛ iudei chr̃m iuſte q̄ſi de adulterio natũ ꝑſeq̄ viderent. Quarta ſm Orige. ꝑpter pueri ſuſtẽtatõz Unñ ꝛ ioſeph dñi nutrici⁹ appellał. Quinta ſm Orige. Hiero. ꝛ Amb. ꝑpter myſterij occultatiõz: vt. ſ. diabolo celareł.

Itẽ q̄nq̧ rõnes ſumunł ex ꝑte matris. Prima ſm Amb. ꝑpter infamie euitatõz ne grauida apparẽs infamareł. et iõ poti⁹ ꝑmiſit dñs q̄ de ortu ſuo q̄ʒ de mr̃is pudore dubitareł. Scda ſm Bedã ꝛ Hier. ꝑpter pene euitatiõez: ne. ſ. tanq̄ʒ adultera lapidareł. Tertia ſm Hiero. ꝛ Aug. ꝑpł ſolacij ſuſtentatiõez: vt. ſ. viri miſterio fungereł fugiẽs i egyptũ ꝛ inde rediẽs. Quarta ſm Glo. ad fidei roboratiõez. Innupta em̃ pregnãs mẽtiri videreł: nec ei ſi ſe virginẽ diceret / credereł. Quĩta ꝑpter ſinglorũ ſtatuũ participationẽ: vt. ſ. mr̃ dñi hr̃et aliq̄d cuiuſlibꝫ ſtatus. ſ. virginitatꝫ: mr̃imonij: ꝛ viduitatꝫ. Itẽ q̄nq̧ rões ſumũtur ex ꝑte alioꝝ. Prima ꝑpter excuſatiõis remotõez: ne impudicꝫ ꝑhereł velamẽ excuſatiõis: cũ etiã ipa mr̃ dñi infamata videreł. Scda ꝑpter mr̃imonij approbatiõz ↄtra futuros hereticos mr̃imoniũ dãnare volẽtes. Tertia ꝑpter opprobrij ablatõnẽ: vt. ſ. ab oĩ gradu femiaꝝ tollereł opprobriũ qd̃ in eua incurrerãt. Quarta ꝑpter exẽpli ↄmẽdatiõez: vt vicꝫ oñdereł ſacra deſpõſatiõe nec ãn ↄuentiõez liberꝫ ẽe trãſire ad meliora vota. Quĩta eſt ꝑpter myſterij declaratiõez: q̄. ſ. ipi chr̃o deſpõſata ecclia q̄ virgo eſt imaclata ꝛ ſine ruga. Jõ aũt ſm Chryſo. btã virgo mr̃ dei fabro lignario fuit deſpõſata. qz chr̃s ecclie ſponſus oim ſalutẽ ꝑ lignũ crucꝫ opari dẽbebat Et ſm Augꝫ. Chr̃us nat⁹ ex mr̃e q̄ fabro deſpõſata erat oẽm carnalis nobilitatꝫ tumorẽ extinxit. Tertio ẽ ↄſiderãda ↄditio noiatiõis. qz in euãgelio ſubdił: Et nomẽ ṽginis Maria. Expoſitiõz hui⁹ nois vide s. in ſer. de ſalutatõe angelica in fine p̃me ↄmendatiõis.

## Tertiũ myſteriũ huius

p̃me nouitatꝫ eſt inſolite ſalutatiõis expreſſio q̄ hr̃ in euãgelio: ibi: Et ingreſſus angelus ad eã dixit: Aue grã plena dñs tecũ bñdicta tu in mlieribꝫ. Sup illo verbo Ingreſſus angel⁹ ad eã: dicit Chryſ. Inuenit angel⁹ mariã nõ foris vagantẽ: ſed ſolitariã ꝛ ↄtẽplatõi vacãtẽ. Hec ille. Et Ber. Erat em̃ in eius ꝑpoſito fugere hominũ freq̄ntias: vitare colloq̄a: ne vł orãtis turbareł ſilentiũ: vel ↄtinẽtis caſtitas ꝑbareł. Hec ille. Quocõtra. qz Dina vagari voluit: corrupta eſt. Gene. xxxiiij. De tali muliere dt Prouer. vij. Mulier vaga q̄etis impatiẽs ꝛc̃. vide ibi. Nõ ſic vtiq̧ nõ ſic vagabał maria queãdmodũ dinaꝫ: ſz in domo clauſa mãebat. Sciebat vtiq̧ q̄ ſolitudo eſt amica vere innocẽtie obſuatiõi. Propł qd̃ Joãnes baptiſta fugit in eremũ. Itẽ ẽ amica deuote ↄtẽplatiõi Threnij. Sedebit ſolitari⁹ ꝛ tacebit: qz leuabit ſe ſup ſe. Itẽ eſt amica ſpũali viſitatiõi. pſ. Ecce elõgaui fugiẽs ꝛ manſi in ſolitudine: expectabã eũ qui ſaluũ me fecit a puſillanimitate ſpũs ꝛ tẽpeſtate. Erat itaq̧ virgo

gͦ ſctiſſima ſolitaria ꝛ clauſa cū̄ ingreſſus eſt angelꝰ ad eā̄: nec dubiū̄ tūc erat in deuotiſſima atqꝫ feruētiſſima orōne: ꝛ excellētiſſima diuine bonitatꝫ ꝯtēplatiōe: ꝛ pcipue (vt credendū ē) meditādo circa ſalutē hūani gnīs ꝛ eā ardentiſſime deſiderādo. Ingreſſus itaqꝫ angelꝰ ad eā dr̄: Aue grā plena dn̄s tecū: bn̄di. tu in mlier̄. O noua ꝓ̄ꝰus atꝫ prorſus inſolita ſalutatō. O ſingularꝫ ꝟginis ſacre ꝯmēdatio. Dic itaqꝫ nobis o puella formoſa: o mr̄ ſalutꝫ venerāda: o ꝟgo ſacratiſſima: q̇d ab angelo audiſti: q̇d tibi angelus retulit: Certe nulla vnqꝫ fuit creatura q̄ talē ſalutatiōez: talē qꝫ annūciatiōz audierit: q̄lez tūc ab archāgelo gabriele audiſti. Uenit q̇ppe angelꝰ ad ſaraz vxorē abrae Gen̄. xviij. venit ad agar. Gen̄. xvj. venit ad vxorē manue. Judicū. xiij. ſed nūqꝫ angelus ſic aliquā ſalutauit ſicut gabriel mariā. O q̄ noua: q̄ gratiſſima: q̄ ſalutarꝫ atqꝫ digniſſima ſalutatio. In q̄ pcipue tāgunt̄ tria ſinglaria ꝓuilegia q̇bꝰ palā oñdit̄ ꝟginis ſctiſſime laus et excellētia ſingłaris. ¶ Primū eſt ꝓuilegiū gratioſiſſime ꝑfectōis: cū dr̄: Aue grā plena. Ibi ei tangit̄ oīs viciꝫ excluſio ꝑ h̄ verbū Aue. i. ſine ve: et oīs grē ꝛ ꝟtutꝫ plenitudo: cū ſubdit̄: grā plena. ¶ Scōm eſt ꝓuilegiū glioſiſſime honorificatiōis: cum dr̄: dn̄s tecū. ¶ Tertiū eſt ꝓuilegiū ſinglariſſime ꝑelectiōis: cū dr̄: bn̄dicta tu in mulierib;. De his vide s̄. in ſer. de ſalutatōe angelica. Hec itaqꝫ noua ꝛ inſolita ſalutatio ꝑ figurā eſt illa noua epl̄a quā īpetrauit regina heſter ab aſuero rege ꝑ quā veteres lr̄e aman reuocate fuer̄t. Heſtr̄. viij. Aman q̇ppe interp̄tat̄ iniquꝰ vł coanguſtās. Aſuerꝰ interp̄tat̄ britudo vł atrium eꝰ. Heſter interp̄tat̄ abſcōdita ſiue eleuata in ꝓplis aut ꝑ̄parata ī tpe. Aman igit̄ aduerſariꝰ filioꝝ iſrł. i. iniquꝰ diabolꝰ aduerſariꝰ nr̄ ꝓcurauerat ꝯ̄ genus humanū chirographū vetus ꝯtinēs mortꝫ ſniam. Sꝫ nr̄a heſter. i. ꝟgo maria a dō in tpe ꝑ̄parata q̄ veri aſueri regis. i. oīpotentꝫ dei oculꝭ placuit impetrauit nouā epl̄aꝫ veterꝫ chirographi reuocatoriā. Aue (inq̇t āgelus) grā plena ꝛc̄. ¶ Querere poſſet aliq̇s: q̄re in hac ſalutatōe tacuit angelus nomē marie. Ad qͦ dicimus id ꝯueniēter factum eſſe triplici rōne. ¶ Primo ꝓpter angelice miſſionis q̄litatē: q2 .ſ. miſſus eſt angelus ad eam nō ſicut ad mariā: ſed ſicut ad gratia plenā. Eccleſia aūt in hac ſalutatione addit nomē marie: q2 mariā ꝓ ſuo ſingulari ſidere tenet. Maria em̄ idē ſonat qͦ illūinata. ¶ Scōo ꝓpter virginalis ꝑſone ſublimitatē. Cū em̄ perſonas excellentes ſalutamꝰ: nomē ꝑſonaꝝ tacemꝰ ꝛ eaꝝ excellētias aut dignitatē nomiamꝰ: vt Aue rex: ſalue pater. Excellētia autē virginis erat gratie plenitudo Ideo ſibi dixit angelus Aue gratia plena. ¶ Tertio ꝓpter ſingularis ꝓmotionis nouitatē. Cū eniꝫ ad aliquā dignitatē ꝓmouet̄ aliquis: nomen eius ꝑſonale et vſitatū relinquit̄: et vocat̄ nomie dignitatis ſue: vt Hic eſt prior: hic eſt abbas. veniebat aūt angelus ad virginem nūciaturus ſibi nouā eius ꝓmotiōeꝫ ad inextimabilē diuine maternitatꝫ dignitatem ad quā faciebat eam idoneā gratie plenitudo

Secūda p̄ncipalis nouitas eſt nouitas ſume admirabilis annūciationis q̄ tangit̄ cū dicit̄: Que cum audiſſet turbata eſt in ſermōe eiꝰ ꝛc̄. vſqꝫ ibi: et regni eiꝰ nō erit finis. Et circa hanc nouitatē ſ. tria ſpēalia myſteria ꝯtēplāda
¶ Primū eſt myſteriū meditatie turbatōꝫ
¶ Scōm ē myſteriū ꝯmēdatie ꝯſolatiōꝫ
¶ Tertiū eſt myſteriū nūciatie ꝓmiſſiōis

## Primū igit̄ eſt myſteriuꝫ

meditatiue turbatiōis: cū dr̄: Que cū audiſſet turbata eſt in ſermone eius: et cogitabat q̄lis eſſet iſta ſalutatio. In quibus verbis tria p̄cipue tangunt̄: vicꝫ virginalis modeſtia: virginalis verecūdia: ꝟginalis prudentia. ¶ Primo itaqꝫ ibi tāgitur virginalis modeſtia: cū dr̄: Que cū audiſſet. Nō em̄ ſermone angeli refugit vel interrupit: ſed ꝯſtanter et cū debita modeſtia audiuit. Eccl. xxxij. Audi tacens et ꝓ reuerentia accedet tibi bona gratia. Qd̄ cōtra multe mulieres faciūt: ꝟba etiā ſapientū plerūqꝫ interrūpentes ꝛ inutilibꝰ ꝟbis ſepꝰ ſe occupātes. j. Tim. v. Diſcunt ocioſe circūire domos: nec ſolū ocioſe: ſed verboſe et curioſe loqui qͦ non prodeſt. Nō talis vtiqꝫ fuit btā virgo/ ſed tacita ꝛ modeſta. Nō em̄ inuenit̄ in euangelio niſi raro locuta: ꝛ tūc breuiter: ſctē: ꝛ vtiliter.

Ecci.xxvj. Mulier ſenſata z tacita. Ecci.
v. Sint pauci ſermones tui. Scdo tan
gitur virginalis verecūdia: cū dr Turba
ta eſt in ſermōe ei⁹. Ecci.xxvj. Gratia ſup
gratiā mulier ſctā z pudorata. Quod con
tra Hiere.iij. Frōs mlieris meretricis
facta eſt tibi: noluiſti erubeſcere. Nō talis
vtiqȝ nō talis erat virgo ſctiſſima q̄ ex ve
recūdia ꝟginali turbata ē in ſermōe ange/
li: turbata eſt inqȝ nihil rn̄dens: nō turba
tione incredulitatꝫ ſicut Zacharias: necȝ
turbata eſt alia rōne culpabili: necȝ etiaȝ
de viſiōe angelica: qꝛ angelos videre erat
ſolita: ſed verecūdata eſt z turbata turba
tione q̄daȝ admiratiōis z verecūdie. Tuȝ
ꝓpter forme virilis apparentiā: qꝛ. ſ. ange/
lus ſibi apparuit in forma viri. Ber. Tre
pidare virginū eſt z ad oēs viri pauere i/
greſſus; oēſqȝ viri affatus horrere. Tū ꝓ/
pter iſolitā relucētiā: qꝛ vicȝ ſibi apparuit
angel⁹ cū ingenti lūine z inſolito ſplēdore.
Vn̄ cantat eccl̄ia: Et expaueſcit virgo de
lumie. Tū ꝓpter laudatiue ſalutatiōis ꝑ/
cellentiā. Mentes em̄ vere humiliū q̄nto
ampli⁹ laudanť tāto magꝫ erubeſcere ſo/
lent z timere. Humiliū em̄ eſt laudes hor
rere z ſic in eis virt⁹ laudata creſcit: vt dr
Sene. Ber. q̄ turbata eſt/ fuit verecūdie
virginalis. Ecci. Gratia verecūdie illius
ſup aurū. Tertio tangiť ꝟginalis prudē
tia: cū dr: Et cogitabat q̄lis eſſet iſta ſalu
tatio. Ber. Q, tacuit z cogitauit fuit pru
dentie z diſcretiōis. Hec ille. Cogitabat
itaqȝ q̄lis eſſet iſta ſalutatio: et q̄ntū ad ꝑ/
ſonā q̄ eā ſalutabat. Hn̄s em̄ diſcretōꝫ ſpi
rituū/ cogitabat q̄ erat bon⁹ angel⁹ z nō
mal⁹. Et q̄ntū ad ſalutatiōis formā q̄ ſan
cta erat z gratioſa: z q̄ntū ad ſalutādi cāȝ:
d q̄ q̄ ad factū q̄dē nō dubitabat: lȝ de mō
faciēdi dubitaret. Sicut ꝗ dr Lu.ij. Ma/
ria ꝯſeruabat oia ꝟba hec ꝯferēs in cor/
de ſuo. Tacuit itaqȝ virgo btā z cogitauit
anteqū rn̄ſum daret: qd̄ eſt ſignū certiſſi/
mū diſcretiōis z prudētie. Prudēs em̄ ꝑ⁹
habȝ verbū in corde circūcidēs illō ꝑus li
ma rōnis q̄ȝ veniat ad linguā incaute pla
tionis. Sen̄. Primo veniat ſermo ad li/
mā q̄ȝ ad linguā. Ecci.xxj. Verba prudē
tū ſtatera pōderabunť: In ore fatuoꝝ cor
eoꝝ. Et in corde ſapientū os eoꝝ: qꝛ vicȝ ſa/
piētes et diſcreti ꝑus diſcernēdo in corde
deliberāt q̄ȝ loq̄nť: ſtlti ecōtrario. Sic btā
maria virgo prudētiſſima cogitabat q̄lis
eſſet angelica ſalutatio. Et paſtoꝝ verba
z ſymeonis z anne ꝯferēs in corde ſuo.

## Scdm eſt myſteriū cōmē/

datiue ſalutatiōis. qd̄ in euāgelio tangiť:
cū dr. Ne timeas mar. inue. em̄ graȝ apd̄
deū. q. di. ſcḋm Chryſ. Qui apd̄ deū merez
grām nō habet q̄d timeat. Dicit ꝗ: Inue
niſti grām. ſ. dei z hoim pacē: mortꝫ deſtru
ctionē: z vite repatiōeȝ. Nos igr̄ q̄ peccan
do grām amiſim⁹: mortē incurrim⁹: z vi
tā ꝑdidim⁹: ad hāc grē inuētricē: mortis
deſtructricē: z vite repatricē ſecure acceda
mus. Ber. Ne timeas maria inueniſti gra
tiā apd̄ dn̄m: q̄ntā grām: grām plenā: gra
tiā ſingularē Singularē an generalē: vtrā
qȝ ſine dubio: qꝛ plenā: z eo ſingularē q̄ ge
neralē. Ipam em̄ gn̄alē ſingulariter accepi
ſti. Eo inqȝ ſingularē q̄ gn̄alē. Nā ſola oi/
bus grām inueniſti: Singularē: q̄ ſola hāc
inuenerꝫ plenitudinē: Generalē: q̄ de ipſa
plenitudine accipiāt vniuerſi. Hec ille

## Tertiū eſt myſteriū nūcia

tiue legatiōis: qd̄ in euāgelio tāgitur: cū
dicit: Ecce ꝯcipies in vtero z paries filiū
et vocabis nomē ei⁹ ieſum: Hic erit ma
gn⁹ z fili⁹ altiſſimi vocabiť zc. vſqȝ ibi: nō
erit finis. Hec eſt noua atqȝ inſolita lega
tio z ſingulariter admirabilis nunciatio.
Tū ꝓpter matris virginitatē: cui dr: Ecce
ꝯcipies in vtero z paries filiū. Hec ē ita
qȝ ꝓphetie illi⁹ adimpletio q̄ habeť Eſa.
vij. Ecce virgo ꝯcipiet et pariet filiū. Tū
ꝓpter nois filij ꝓprietatē: qꝛ ſubditur: Et
vocabis nomē eius Jeſum. i. ſaluatorem.
Matt.j. Ipſe em̄ ſaluū faciet populū ſuū
a peccatis eoꝝ. Richar. de ſancto Vic.
Jeſus nomē dulce: nomē delectabile: no
men confortās peccatorē: et beate ſpei. Er
go ieſu eſto mihi ieſus. Petrus raue. Vo
cabis nomē ei⁹ ieſū. Hoc ē nomē qd̄ ded̄
cecis viſum: ſurdis auditū: claudis greſſū
ſermonē mutis: vitā mortuis: totāqȝ dia
boli poteſtatē de obſeſſis corporib⁹ virt⁹
huius nomis effugauit. Hec ille. Tū dei
niqȝ ꝓpter ineffabilē filij dignitatē: qꝛ ſub
ditur: Hic erit magnus et filius altiſſimi
vocabiť zc. Vbi primo tangiť ſaluatoris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuinitas cum dicitur: hic erit magnus
⁊ filius altiſſimi vocabitur. Secundo re-
galis eius auctoritas cum dicitur: et da-
bit ei dominus deus ſedem dauid patris
eius et regnabit in domo iacob. Jacob
quippe ſupplantator interpretatur. Jn his
igitur omnibus qui ſunt veri ſupplanta-
tores mundi: carnis: et demonis regnat
dominus ieſus. Tertio tangitur regni hu-
ius eternitas. cum dicitur. et regni eius
non erit finis. Danielis. vij. Poteſtas eius
poteſtas eterna que non auferetur et re-
gnum eius quod non corrumpetur.

Tertia eſt nouitas prorſus inexpli-
cabilis operationis que tangitur in
euangelio. cum dicitur. Dixit autē
maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud.
⁊c. vſq; ibi. Fiat mihi ſm verbū tuū. Ubi
contemplāda ſunt tria precipua myſteria
